27

SOLEMNE RECIBIMIENTO

Que hizo la muy Illuſtre, y Mag. Ciudad

DE CALLER

Caueça, y Corte del Reyno de Cerdeña.

Al Illuſtriſs. y Reuerendiſs. Señor

D. BERNARDO DE LA CABRA.

Arçobiſpo de Caller, Primado de ambas Sardeñas, &c. ſu digniſſimo Prelado, y meritiſs. Eſpoſo de ſu Primacial Iglesia.

DIRIGIDO

A D. GERONIMO DE VILLANVEBA, Y DIAZ del Conſejo de ſu Mageſtad, y ſu Protonotario de la Corona de Aragon, &c.

Recogido por el Licenciado Pedro de Fuentes.



EN CALLER,
En la Emprenta del Doctor Antonio Galcerin.

Por Bartholome Gobetti. M. DC. XXXXII.
Con licencia de los Superiores.

Ad Illuſtriſ. D.D. Bernardum de Capra Archiep. Calaritanum.

DISTICHON RETROGRADVM.

Axifer, arca, ſator, robor, rota; ſacra refixa.
Ore melos, Erebus ſubere, Sole Mero.

SCHOLION.

(AXIFER) ideſt, ferens aut mouens axem; ſenſus eſt: tu Illuſtriſ. Bernarde es Angelicus axifer Calaritanæ Eccleſiæ, quẽadmodũ Cœli axifer eſt intelligẽtia Angelica. (Arca) ideſt, arca etiam es, ſiuè Noemitica ſit, ſiué Teſtamenti; Paſtor enim Eccleſię eſt ſicut arca Noemi, & quaſi Teſtamẽti arca; in quarũ vna, Leo & Agnus pacificè in vnũ viuunt; in altera verò Manna, & Moyſis Virga ſeruantur. (Sacra refixa) ideſt bis fixa, & bis Sacra, ideſt cõſecrata fuit tua arca; alludit ad duas Prælaturas. (Sator) ideſt ſeminator doctrinæ, & bonorum operum: agricola namque Epiſcopus eſt. (Robor) nempé fortitudo: omnes Prælati fortes, ſed tu es quaſi ipſum robur, & fortitudo abſtractiuè. (Rota) eſt genus Capræ. ſic Varro lib. 2. de re ruſt. cap. 1. (Rota) eſt etiam tormenti genus. vide Cic, lib. 5. Tuſc. fortè eſt idem, ac Aries, hoc genus tormenti, itaq; rota eſt capra alludens ad ſtemma, & ad agnomen, eſt etiã Aries, ſeu tormentũ in inimicos, vt oſtendatur Bernardus eſſe Æneus in fortitudine, in actiuitate igneus. (Ore melos) ideſt habes in ore melos, ſeu es melos ipſum ore, ſiuè os tuum eſt totum melos. Si placet, hoc verbum, ore, iunge cum illo, Rota, & hoc verbum, mel os, ſit diuiſum. vt ſit ſenſus. ore, eſſe tormentum, tonitruum, & fulmen; & eodem ore eſſe mel, ſeu os Bernardi melle, & lacte manare; & ita de ore forti egredietur dulcedo, & in eodem inuenies rigorem manſuetudine Cicuratum, vti Epiſcopum decet, præcipuè Bernardum non ſolum in opere, ſed & in nomine; Bernardus enim nunquam non dulcis. (Erebus ſubere) hic oſtenditur Bernardus eſſe mors, & Infernus ſuperbis, & vanis: nam, vt inquit Plin. ſuber arbor minima eſt, cũ ſit vanior omnibus, quare huic

inniti

inniti solent qui natare discunt, huic etiam arbori fructus rarus, glãs pessima; Bernardus ergo, suberi, siuè in subere Erebus est, seu fluuius igneus, à quo tàm vana, & infructuosa arbor accenditur. (Sole Mero.) hoc nomen, Mero, dabatur Cæsari in castris, vt inquit Tranquillus. Itaque idẽ est Mero, ac Cęsar. Quam bené sis Cæsar Bernarde dũ ad Calaritanũ castrũ peruenis, ast hoc tibi conceditur, aut à Sole Planetarũ quarto, Quarto Philippo (æternũ viuat, dixerim, aut à Sole, ab Vrbe, s. Solis, q̃ Illustriss. Calaris est.)

Aliud Distichon retrogradum.

Sydere, fixa sile: te telis axifer edis.
Ore sibi tereti; si teret, Ibis ero.

SCHOLION.

(Fixa sile) loquitur Bernardus cum hydra, aut serpente, aut aue, quæ Caprimulgus nuncupatur, quam auem, ait Plin. nocte visu, quo caret interdiu, frui, ac esse furem nocturnum lactis Caprini; intrat enim pastorum stabula, Capræ vbera lacte distenta sugit, sed statim, ac si ab aliquo ardentissimo Solis radio, aut acutissimo telo feriatur, excæcatur, fixa ergo sile (Sydere) id est fulmine (te telis axifer edis) idest dum sidere figis aduersarios, te edis, idest te profers, aut ostendis Mundo telis potentem; vt axifer, siue vt Iupiter, quorum tela sunt sidera, seu fulmina; axifer enim nunc pro Ioue sumendus, nam axifer idem est ac Polos, aut axem regens.

(Ore sibi tereti, si teret) idest cum hæc auis, aut serpens ore tereti, id est constanti pugnabit, mulgebit, & teret, non tam in me, quam sibi, idest aduersus se (Ibis ero) harum auium in Egypto multa copia; quibus est, vt ait Hieron. Plin. & Cic. maximum cum serpentibus bellum. Ibis ergo eris Illustrissime Bernarde in inimicos Caprimulgos, & serpentium more viuentes. Sed si placet pro verbo, Ibis, sume hoc verbum, Ibix; quæ Capra est mirandę pernicitatis, vt cum Plin. loquar, in culminibus montium degens, ac instar Ceruorũ, serpentibus crudele bellũ inferens. Ibix es Illustriss. Præsul semper in montiũ apice, in dignitatũ culmine quiescens. Sed vbi melius, & aptius hęc Ibix quiescit, quam in Calaris Castro nobiliss.

Alia Scholarum Piarum Anaſtrephonta.

Retrogradi Primi Argumentum.

Cum iam diù nullus Româ deſtinaretur Calari Paſtor; inopinæ tandem CAPRÆ lacte depaſta Ciuitas, pacifica gaudia ciuibus impertitur.

DISTICHON.

Si Romà nemo; & Calar à lacte omen amoriS,
Re pacem latè diuidet, alme CapeR.

Caper, pro, Capricornus, dicunt Aſtrologi.

Retrogradi Secundi Argumentum.

Sardinia Cyrnum fratrem alloquitur, eumque ad tripudia, ad gaudia inuitat; quippe fœliciores Phryxus, & Helle, non arietis, ſed CAPRÆ auxilio, Atlantigena BERNARDO duce, per mare melleum dirigentur.

DISTICHON.

Salta; te Regem melle, Hellem me geret AtlaS:
Ira mari te icet? te ciet ira marI?

Emendicatis, & trochlea ductis non indigent commentis.



A DON GERONIMO
DE VILLANVEBA, Y DIAZ

Cauallero del Orden de Calatraua, Comendador de Santibañez, del Consejo de su Mageſtad en los de guerra, y Supremo de Aragon, Secretario del de Eſtado, y Protonotario de la Corona de Aragon, &c.





RANDES fueron Señor las finezas de la muy Illuſtre, y Magnifica Ciudad de Caller en el feſtiuo recibimiento de ſu digniſsimo Prelado, y Paſtor vigilantiſsimo deſta ſu Primacial Igleſia, el Illuſtriſsimo, y Reuerendiſsimo Señor Don Bernardo de la Cabra: grandes ſus demonſtraciones en tan encendidos ardores de voluntad, y reconocimiento ſi ſe carean con lo penoſo de la limitacion del tiempo; ſi bien fueron todas vna breue zifra de ſus adelantados deſeos, quando ponderaban à ſu Illuſtriſsima, hechura, y digniſsima prenda de ſu caſa de de V. S. de quien eſta fideliſsima Ciudad reconoce amparo, y proteccion ſegura merecida de ſu confianza, y rendimiento para las atenciones, y fauores publicos, que de V. S. recibe. Pero ſin comparacion hà ſido mayor mi oſadia licencioſa, quando ſolicitando recoger eſtos papeles del viſtoſo, y erudito jardin

de ingenios desta Ciudad, compuse este ramillete de apacibles flores, y me atreuì à ponello en sus manos de V. S. paraque en ellas exalen mas odoriferos aromas, y ostenten mas brillantes rosicleres cōtra la calumnia maliciosa de los que se opusieren à deslucillas, ò marchitallas. V. S. disculpe mi atreuimiento, y admita baxo de su sombra este pequeño volumen, pues por tantos titulos interessa, y viene à tener la mayor parte en estas publicas aclamaciones, y repetidas glorias V. S. que guarde DIOS, &c.

Humilde Capellan de V.S. que S.m.b.

El Licenciado Pedro de Fuentes.





CIOSO es el Elogio, quando es la grandeza, y generosidad conocida; breue es el resumen, quando es la demostracion, y aplauso tan grande; cortò lo exajerado, quando es el esplendor, y luzimiento tan ostentoso; y limitados son los effectos, en los mayores deseos, quando es la causa tan superior en reconocimientos deuidos.

En vano se fatiga la alabança en alcançar à la muy Illustre, y Magnifica Ciudad de Caller, quando tiene en tanta ancianidad de tiempo, el seguro tan constante, de que es cabeça, y corte del Reyno de Cerdeña, quedandose tan atràs al conseguir el fin, que solicita, y sino puede dejenerar de sus acostumbradas finesas, y celebres cumplimientos, tan atenta siempre al decoro, que se deue tener, en los recibimientos, y entrada de los Illustriss. y Excellẽtiss. Señores Virreyes, y Capitanes Generales, y Arçobispos dignissimos de su Primacial Iglesia, que llegan para el gouierno Secular, y Ecclesiastico del Reyno, escusada diligentia serà esta obseruacion, y valdio el reparo al repetirla, si tiene tan promto el agasajo como el conocimiento de lo que deue obrar, en semejantes ocasiones, que lo que à otras Ciudades Illustres sin genero de duda les costara sus primeros cuydados, para salir con lúcimiento de tan promtos lanzes, à la de Caller, le siruen de lisonja los repentes, pues luze en ellos tanto, como si la disposicion de muchos dias, la desahogara de lo prolixo de las circunstancias, y de lo embaraçoso de sus preuenciones.

Premia su Megestad, que Dios guarde estas atenciones dichosas, que no llegan à desuelos, por felicidad de su prouidencia, mereciendo de su poderosissima mano en vno, y otro

puesto electiones tan hijas de su Real grãdeça, como veneradas con tanta acceptacion, y rendimiento de sus naturales.

Mereció este Reyno el felicissimo Gouierno, de que gosa con la prudencia, y valor del Excellentiss. Señor Don Fabricio de Oria Duque de Auellano, Virrey, y Capitan General del, y hoi dá á esta Illustre, y Primacial Iglesia de Caller, al Illustrissimo, y Reuerendissimo Señor Don Bernardo de la Cabra por su Arçobispo, y Pastor Vigilante deste dichoso, y feliz rebaño, que le ha merecido, cuias superiores partes, y prendas con tanto realce veneradas dexan no con poca inbidia á los puestos graues, que le han perdido, por la satisfacion, y conocida puntualidad, entereça, y zelo Cristiano con que siruiò á entrambas Magestades diuina, y humana en los Tribunales de la Inquisicion de Caragoça, Cuenca, y Seuilla, y de Vigilantissimo Prelado, y Pastor en Baruastro; Por lo qual reconociendo esta Ciudad de Caller en su Illustrissima Persona, tan releuante premio à la fidelidad de sus ardientes deseos, entre sus aluoroços, y desconsuelos, por la retardacion de su venida, fluctuaua vna esperança firme, que le hauia de merecer libre de los peligros del mar, que con tanto riesgo se nauegan.

Logrose esta dicha, y desembaraçose deste cuydado, y con prospero viento tomò tierra su Illustrissima en este puerto de Caller à los 30. de Março deste año 42. conuertiendola en cielo, desembarcando en Buenayre (que en todo quizo perficionar el Señor su nauegacion) titulo deste Santo Templo Conuento, y Santuario Antiquissimo de Nuestra Señora de la Merced, y en donde tiene por erario dichoso vna Santa Imagen, q̃ por Misterios Soberanos cada dia en milagros repetidos, franquea su misericordia con Celestiales prodigios, que la deuocion, y affecto los venera, si la admiracion à sus luzes tal vez se suspende.

Baxò su Excellencia del Señor Duque Virrey à receuirle con entrambos Consejos, Consselleres, Titulos, y Prelados,

ſu Cauildo, y demas luzimiẽto de toda la Nobleza del Reyno, que en eſta occaſion de Cortes ſe hallaua en Caller, exercitaron todos los Baluartes de la Ciudad, y Caſtillo, ſu Artilleria entre formidable, aunque regoſijado conflicto, acompañaronle todos à eſte deuoto retiro, y Santuario, en donde por ſu deuocion eſtubo hoſpedado tres dias, en el quarto real de aquella Santa caſa, en que ſuelen apoſentar los Virreyes rezien venidos, con repetidos agaſajos, é indicibles aluoroços, y las campanas de todas las Igleſias ſin orden en continuadas vozes, ſe acreditauan de que tenian à ſu Paſtor, y Prelado, pues eſtos diuertimientos hazian demoſtracion del conocimiento, que alcançauan en la dicha, que merecia eſta Ciudad é Igleſia, viendoſe en eſto como en lo demas q̃ ſucediò en la circunſpection, y graues demõſtraciones deſte dia con quanta razon es Primado en todo.

Deſpues, que cumpliò ſu Illuſtriſsima con ſus deuociones en aquel delicioſo, y regalado Santuario de la Virgen, Iueues tres de Abril baxando otra vez del Caſtillo ſu Excellencia del Señor Duque Virrey con ſu aconſtumbrado luzimiento acõpañado aſi miſmo de ambos Conſejos, Concelleres, Titulos, y demas Nobleza, y llegando à dicha caſa, y Conuento ſaliò ſu Illuſtriſsima, y pueſto à ſu mano derecha, y caminando hazia la Ciudad ſin ceſſar nunca la artilleria que la guarnece entraron por las calles principales, que eſtauan aderçadas de diuerſas, y muy ricas colgaduras, y huuo en ellas, y por ſus ventanas de las caſas, balcones, y corredores tanta gente, que con ſer larga la diſtancia ſe hallò en todas partes ygual concurſo, y dificultad para andarlas, porque ademas de la poblacion, que es grande hauian acudido à la vos de ſu entrada de las villas, y pueblos vezinos infinita Plebe, que aluoroçados todos con la llegada de ſu Prelado ſe conocia ſu contento en el rumor confuſo que por todas partes ſe oya dandole bẽdiciones con feſtiuos, y generales aplauſos, y llegando á las primeras puertas del Caſtillo ſe diſpidiò ſu Excellencia con

 aquel

aquel numeroſo, y luzido acõpañamiento de à cauallo, apeòſe ſu Illuſtriſsima, y en vn rico Altar que para eſto eſtaua preuenido, ſe viſtió de Pontifical, y con general, y ſollenìſsima Proceſsion, à que ſin combidarlas acudieron todas las Cofadrias, y officios con ſus Pendones, y todas las Religiones por ſu orden, que (aunque eſte cuydado no pudo faltar) todos adelantauan ſus deſeos, goçoſos de hallarſe en tan feſtiua celebridad, y el muy Illuſtre Cabildo con las demas Collegiatas, reconocida tanta dicha, con genero de vanidad de hauerla alcançado, no podian reprimir con inquietudes de gozo, afectos tan poco diſsimulados, y jugando no ſolo los baluartes del Caſtillo con ſu Artilleria, pero tambien las Muſicas de vno, y otro genero en alternados Choros, entrò por la Calle Mayor, y principal del Caſtillo, que eſtaua ricamente adereçada, y paſſandola toda, y la del Real, y Arçobiſpal Palacio, llegò à las Puertas de ſu Catredal, y Primacial Igleſia, las quales los Padres de la Eſcuela Pia, Religion piadoſa, adornaron con las ſiguientes Poeſias Hebraica, Griega, Latina, Eſpañola, e Italiana, y varios Gerogli-ficos.

PENTAGLOSSON;

SEV

QVINQVE LINGVARVM

GRATVLATIO.

In aduentu Illustriss. & Reuerendiss. Domini

DON BERNARDI

DE CAPRA,

ARCHIEPISCOPI CALARITANI, Sardiniæ, & Corsicæ Primatis Meritissimi.

A Patribus Scholarum Piarũ, Collegij S. IOSEPHI Calaris in deuoti officij signum publicè exposita.

A. D. 1642.



Illustriss. & Reuerendiss. Domino

D. BERNARDO DE CAPRA

ARCHIEPISC. CALARITANO,

Sardiniæ, & Corsicæ Primati

Meritissimo.

CVi nuperã, sed meritis imparẽ gratulantes dignitatem in maiorẽ grati animi, ac deuotę clientelę plenitudinem quinque linguis debitum obsequium.

Patres SCHOLARVM PIARVM præstiterunt
hinc, vel in primis impulsi,
quòd quino plerunque obsequio colantur Heroes,
& numero Deus impare gaudeat;
Seu quòd quinque in CAPRA legantur litteræ,
seu quòd quinque Calar scribatur elementis;
Vt, quoniam totidẽ huic, quot Demetrio statuas Athenienses,
exiles quidem, sed deuotæ vires dicare nequeunt;
breuissimo saltem laudationis orbe
immensam ipsi sempiternæ Beatitatis orbitam
auspicentur.
Tanto inquam Præsuli, Patri, & Patrono
Iidem Patres Pentaglosson papyro traditum offerunt,
etsi vix papyro, ob linguarum ruditatem, attamen
ob celebratum obiectum
æterno dignum adamante.
Vt é gregis oculis (quibus expositum fuit)
transeat ad Pastoris manus;
Et quintuplici lingua coram salutet, & celebret,
ad cuius Encomia celebranda,
vel vniuersæ linguæ pœnitus mutæ conticescerent.

TA-

EN lo mas alto de la fachada de la Yglesia Primacial se veian pintados varios Geroglificos, de los quales (por falta de moldes) registraremos solamente algunos.

Primero estaua en vn grande letrero pintada vna ermosa Matrona su Corona eran torreones fuertes con algunas espigas muy llenas de todo grano sazonado, y algunas frutas de regalo, que por vna mano llebaba vn Cornucopia lleno de frutas, y flores; estaua assentada en vn florido, y verde prado, y como recostada azia los pechos de vna Cabra, que estaua en postura de offrecellos á todos, como fuentes de su blanca leche, que de sus vberas manaban. Hauia en cima vn letrero, y en el las siguientes palabras,

בין שדי ילין

Que quieren dezir. Inter vbera mea commorabitur.

EN la Matrona se significa la muy Illustre Ciudad de Caller fecũda Madre de Hijos Illustres; honra de la nacion; en las torres, y Cornucopia, la seguridad por las armas defensibas, q̃ tiene para el tiempo de guerra, y por la abundancia de frutos; y regalos para el tiempo de paz.

El estar sentada significa, que há alcançado con su nuebo Esposo vna felicidad firme constante, y perdurable. La Cabra armas de los Illustres Primogenitores del Illustrissimo Señor D. Bernardo significa la Noble persona de su Illustrissima, y en esta postura, que se pinta, denota el virtuoso offrecimiento del alimento Celestial de las almas de doctrina, de exẽplo, y de cuidado para todos significada por la leche en las diuinas letras. Las palabras de los Cantares transferidas, y acomodadas, declaran, que la esposa Ciudad de Caller empieza de nuebo à gozar de las delicias espirituales, que se promete para en lo venidero de los pechos benignos, y caritatiuos de su nuebo Illustrissimo Esposo.

Seguia vn primoroso labirinto en vna nueba forma de Cruz, y entre las confundidas lineas de que se formaba se venia al fin à componer la seguiente sentencia Ebrea.

סב רמח-לך דודי לצבי

Que significan en latin. Circui assimila te dilecte mi Capreæ.


דוֹמֶה דוֹ-
דִי לִצְבִי:
Idest: Similis est
Dilectꝰ meꝰ Capreę Can. 2.



ΕΙΣ ΑΥΤΟΝ ΩΔΗ.

Ὡς αἰγὸς νοτίης ἥψατο ἥλιος,
Φωτίζων θ' ἱλαρῶς ἄμμε παλίνδρομος
Ἄρκτους πρὸς βραδέας ἄρχεθ' ὁδὸν τρέχειν
φεύγων χειμέρινον ψύχος.

Ταῖς ὥρας ἅμα τῶν ἄρχεται ἡμερῶν
Αὔξειν, καὶ μακρὸν ἡμῖν διδόναι τὸ φῶς:
Ἀκτῖνας μεγάλυς θερμότερος φέρειν,
Νυκτὰς τήν τε σκιὰν βραχῆ.

Οὗτος ἡμετέραν, ὡς πόλιν ἐγκρατεῖ.
Αἲξ ἡ λαμπροτάτη, φῶς μέγα βλέψομεν,
Ἀκτῖνας χαρίτων θερμοτέρυς· κακῶν
Νυκτὰς, τήν τε σκιὰν βραχῆ.

Ad eundem : Elogium.

NEMO post hac vrbanissimæ Orbis Vrbis
è Lupa lac sugentis miretur pompas;
nempè è Capræ mamilla
lac ducere cœpit dulcius fœlix Calaris.
Hinc Oriens sui siluit ladani laudes
Caprarum mirè congesti villis;
nam, & suum Occidens ladanum iactat
quà odore; quà pretio præcipuum.
dubius fortè mararis?
Propiore Sole omnibus, quæ sub Sole propior vis.
At quis Solem inficiabitur.
Antistitem Bernardum,
qui insito, non aduentitio nitore
è suo Capricorno proradians
Commentitio Sole longe extitit maior
Ille ferro Pythona postrauit.
Hic Capræ suæ cornu anguibus infesto necat angues;
Ille Admeti Regis pascens armenta
Vafri Cyllenij illusus dolis, succubuit technis.
H I C
Regis Regum commissum sibi pascens gregem
hostis astus eludet, elidet
PASTOR VIGILANTISSIMVS.
Gaude igitur Ciuitas,
Et faustum hoc omen deprecare Antistiti.
Æternum vale Prælul,
Viue Nestoreos annos.





Ad eundem Ode.

QVOD iam vernat ager pompaq́ue florida
Tellurem decorat, num tulit iſta ver?
Sacro flore vigens attulit iſta Ber-
nardi Nardus odorifer.
Quod fragrant tepidis cuncta fauonijs,
Et pratis redolent, num tulit iſta ver?
Auris dulce vagans attulit iſta Ber-
nardi Nardus odorifer.
Quòd veſtis reuiret colle ſmaragdina,
Et fert ſilua comas, num tulit iſta ver?
Grata ſpe viridans attulit iſta Ber-
nardi Nardus odorìfer.

Ad eundem Epigramma.

HErculeum columen famoſo in littore Calpes
Oceani prohibens vlteriora peti;
Climate ab Heſperio Ichnuſæ nunc fertur ad oras,
Fulcire vt Calaris nobile pergat onus.
Fruſtra ibi, nam currunt Calpes trans oſtia puppes,
Littora (NON VLTRA) nũc magis iſta decet.
Huc ades ò columen, non hic lenta otia carpes,
Nec ſtabis deſes deſide meta ſolo:
Nam tibi cum dotum exundet ſub pectore gurges,
Saltem eris Oceano fixa columna tuo.

Ad eundem aliud.

QVid nemus auriferum linquis, quo littore quondam
Pomiferas clausit diues Atlantis opes?
Quidue Tagi ripas linquis, bone Pastor, & aurum,
Fulgida quo vitreum ditat arena solum?
Ast ò ineptus ego, aurum qui te linquere dixi;
Tu nemus auriferum, tu tagus ipse tibi es.

Ad eundem aliud.

Cuius aduentu in quarta Quadragesimæ Dominica incidit miraculum quinque panum, & duorum piscium.

OBstupuit Galilæa; virùm cum millibus olim
Vidit ab exiguis pâbula mille dari.
Prouida mens superum! quis non mirabitur ipsum,
Quod saturet populis tempus vtrisquè famem?
Vberibus quantas en præbet Capra mamillis
Cerne dapes Calaris, munera quanta refert,
Pastus at hic Populus dubium quo deinde leuarit
Fonte sitim, in Capra potus, & esca tibi est.

Ad eundem aliud.

SIdera ab occiduis surgūnt errantia lymphis
Primum & ab aduersō mobile cuncta trahit.
Venit & occiduis sidus Bernardus ab oris
Phosphorus optata ducere fronte diem.
Quin rapitur retro? ah mirum! reflectere gressus
Bernardi rectos, hoc opus, hic labor est.

Ad eundem aliud.

ICHnusæ populi nullam ſtatuere locandam
Ex auro effigiem, marmoreamq́ue tibi;
Auriferis properans Præſul nam diues ab oris,
Auro clarus abis marmore fortis ouas.
Quà pietate nites, fuluo es pretioſior auro,
Quà præſtas animi robore, marmor eris.

Aliud ad eundem.

MIrabar qua cuncta virum dulcedine læta
Corda forent, qua vel luce repleta dies.
Scilicet horriſona pallebant pectora nube,
Nullaq́ue per tenebras ſtella regebat iter.
Cum Bernarde ſubis iam cadunt nubila Cœlo,
Heſperus ipſe licet, Phoſphorus vrbe nites.

Aliud ad eundem.

Sub cuius aduentu Sol erat in Ariete.

PHœbe oculus Cœli, cernin, quæ gaudia veris?
Quo dudum incipiat lumine terra frui?
Iſthæc Bernardus radijs ſplendoris auiti
Attulit; hinc luces diſcere Phœbe potes:
Reddere vis ne dies poſthac melioris Aprilis?
Ariete ne properes degere, dege Capra.

Aliud ad eundem.

NObilis ò ſalue Calaris: cumulantur honores;
Æſonis has melior dum rate tangit aquas.
Oſtia pande viro, non optat vellere vellus
Auratum; Paſtor paſcere venit oues,
Occiduis meliora tibi fert vellera ab oris,
Pectus dum ſpectas candida, fulua Capram.

Aliud ad eundem.

In quo alter ferè Lucifer eſſe dicitur.

COmprime iam Calaris longos, age comprime fletus,
Dum nouus Heſperio Lucifer orbe venit.
Heſperia exoritur, multo ſed lumine clarus,
Nocte procul ſiſtens luce perenne diem.
Quam benè læta Calar geminata luce bearis!
Lucifer orbe fouet, Lucifer axe fauet.

Al meſmo.

COncibe, alma Ciudad, dulce conſuelo,
En dando al gran Bernardo el gouernalle.
Goze tu coraçon, que para el Cielo
Tu noble guia te harà de Caller, calle.
Goze Cerdeña, fortunado ſuelo,
Y de humana piſada el nombre calle:
Veranſe agora en ella ſeñaladas,
No humanas, ſino Angelicas piſadas.

Al meſmo.

DE leche, y miel ſe llena
Por ti, Noble Paſtor, Caller ſerena,
Emuladora de la tierra amada,
De aquel Pueblo eſcogido
Con tan largo gemido
Tantos años buſcada:
Dichoſo dia! ya nueſtro bien ſe aſsienta,
Ya con el pecho, y con la flor ſuſtenta,
Tu Nardo mil abejas,
Tu Cabra mil ouejas.



All'iſteſſo: Sonetto.

QVando riſcalda il Sol co' raggi ſuoi
La Capra illuſtre, che diè latte à Gioue,
Più giocondo, e più bel ver noi ſi moue,
E trahe giorni miglior da' climi Eoi.

Così il tuo Capricorno, ò Sol d'Heroi,
Spargendo và dou'il Sol naſce, e doue
Si tuffa in mar chiare fiammelle, e noue
Tocco da' rai de' bei Solſtitij tuoi.

La tua balia d'Amor giubili interni
Ne deſta al Cor, che da ſue poppe intatte
Pendenti, diuerrem Gioui ſuperni.

Speran le menti dal gioire aſtratte,
Ch'ella; perche aſcendiamo a' regni eterni,
Ne ſcorgerà per noua via di latte.

All'iſteſſo

All'istesso: Elogio.

APransi mille aditi, ma più mille cuori
all' entrar di Bernardo il grande.
che piena già l'vna Hesperia,
si volge à cercar spatij nell'altra.
Apra Cagliari liete le porte
A chi della felicità viene ad aprirle l'entrada.
Entra, Vieni,
Tocca, ò Esperio Atlante, col Sacro piè le soglie, el soglio
del picciolo incarco à tuoi grand'homeri dissuguale.
Prendi, Accogli,
Adombra con la tua sublime altezza
Il Cirno tutto, & Ichnusa cō Cagliari suo principal presidio.
Tre pesi quanto à te leggieri,
Tanto à ragione douuti.
Doueatisi il Cirno;
O per empirsi col candido latte del tuo fecondo animale,
O per supplire alla scarsezza de' verdi allori con
l'eterna verdura del tuo stemma immortale.
Doueatisi Ichnusa
di Serpi e Lupi esenta;
O per che supplisse à gli vni la tua prudenza di Serpenti
O per che l'asseza del Lupo suppone vigilāza del Pastore.
Doueatisi Cagliari,
Acciò con la longa felicità veramente:
Tenderet in longum Calaris.
Regga, Guidi,
Conducane à securo porto
il tuo, meglio che col suo animal fù condotto Frisso.
Così poi collocato nel gran Tempio del Cielo
ne influisca equinottij eterni.

Los

LOS GEROGLIFICOS, O EMPRESAS, que ocupaban la fachada de la Iglesia Mayor, entre los brebes espacios de las tres puertas della, son los q̃ se siguen. En la primera estaua pintado vn Capricornio en el Cielo esparcido con sus veynte Estrellas con este mote.

NON VLTRA,

que se declaraua cõ los siguiẽtes versos.


TETRASTICHON AD IMPRESIAM.

Sol vt Amatheidos rutilantia cornua tangit
Non vltra igniuomis pergere tendit equis:
Haud secus vt vẽtum ad radios queis Capra refulget,
Ceu victus retro Sol trahit ipse pedem.

La segunda Empresa contenia vna Cabra, que (segun su naturaleza) con los cuernos mata, y persigue algunas serpientes, con este mote: AVERSATA REBELLES, declarada con estos versos.

TETRASTICHON AD IMPRESIAM.

Cornu Capra fugat diros inimica Colubros
Accedit tactu si propriore, necat:
Sic tu heros Generosè hostem auersate rebellem
Omnibus ostendis stemmate qualis eris.





En la tercera se veya la Estrella Aurora, que precede al Sol en el Oriente con este mote. NEC RETRO RAPITVR, y su explicacion en los siguientes versos.

TETRASTICHON AD IMPRESIAM.

Luciferi gestis, & vultibus exprimis astrum
Pastor, fons charitum, hoc tamen es varius.
Illud retro agitur: constanti tramite fertur,
Nec rapitur retro, quod geris ipse iubar.



En la quarta se ostentaua el monte Atlante, que con la cumbre sustenta las celestes Esferas. Dezia el mote, VEL HIC ATLAS, Y la Glosa.

TETRASTICHON AD IMPRESIAM.

Etsi Atlantis onus Præsul fulcire paternum,
Liqueris, haud deses, hic bone Pastor eris,
Sardonici aduentas recturus culmina Cœli
Hic, vel Atlas linguis, vsque ferere virum.

En



En la quinta ſe figuraua vna Cabra,que (ſegun eſcriuen los naturales) en el amanezer ſaluda,y mira fixo al Sol, con eſte mote poco variado del Pſalmiſta.

IN MATVTINIS MEDI-
TABITVR IN EO.

gloſado en los diſticos.
que ſiguen.

TETRASTICHON AD IMPRESIAM.

Diceris haud fruſtra ſimilis Bernarde Capella,
Quæ intrepidum ſpectat Sole Oriente iubar,
Linquens tu Hiſperiam, vt lucem meditere perennem
Naſcentis proprius climata Solis adis.



En la ſexta hauia pintado vn Vaſo de Vnguentos, como el que ſe ſuele pintar en la mano de la Madalena de Nardo piſtico,aludiendo el nombre de Bernardo,y dezia el mote. TV QVOQ; PISTICVS. cuya declaracion ſe leia en los ſiguientes verſos,

TETRASTICHON AD IMPRESIAM.

Magdalidos diffuſa fidem ſi piſtica Nardus
Oſtendit, diuos cingere digna pedes:
Pisticus & tu; nempe animo, genioq; fidelis
Ad Chriſti plantas fuderis vſque precans.

 En



En la ſeptima eſtaba retratada vna Cabra, que con la hierba llamada Dictamo, ſana ſu herida. Dezia el mote,

ET SIBI, ET ALIIS PRÆSIDIVM.

y à ſu intelligencia dauan luz eſtos verſos:

TETRASTICHON AD IMPRESIAM.

Dictamum cernis dubius geſtare Capellam
Pharmaca ſuntque ſibi, pharmaca ſunt alijs.
Ictus amore gregis, Paſtor grauia vlcera curas:
Vulneribus geminis vna medela datur.


La octaua moſtraba vn cãpo obſcuro, y vna Cabra, de cuyos ojos ſalen rayos, lo qual denota que la Cabra aun en las tinieblas exerce el ſentido de la viſta, con eſte mote. VEL IN TENEBRIS ACIES, y todo ingenioſamente explicado en los ſiguientes verſos.

TETRASTICHON AD IMPRESIAM.

Jn tenebris oculata acies: hanc fallere quiſquam
Deſperet; fraudes nocte, dieque patent.
Dæmonis inſidias ſic tu vigil Argus, & artes
Eludis, populos luce perenne regens.

C 2 Paſſan-

PAssando adelante su Illustrissima, entrò en su Iglesia Mayor, que estaua el Altar principal della con sus ordinarios adornos, si bien extraordinarios, por ser tan preciosos, y ricos; al cuerpo del Templo le vestian colgaduras bordadas de tela de oro, y terciopelo carmesi, tan primorosas, como costosas, y ricas; y la tapiceria excellente, que tiene en su Iglesia reseruada para semejantes festiuidades, porque lo menor que tiene en su precio es ser todas de seda de matizes, y se puede dezir, que quedò el Pinzel mentido, y à la arte le salieron los colores de verguenza, por ver la vnion de ellas, con tanto milagro preuenidas en la estofa, y auiendose cantado varios, y curiosos motetes, y dicho su Illustrissima las oraciones de Santa Cecilia, inuocacion de su Iglesia, y del Glorioso Pontifice San Lucifero su predecessor, oyò de su trono, y silla Pontificial vna muy graue, elegante, y erudita oracion, que compuso, y dixo el Padre Antonio Manca, sujecto de prendas, y de conocidas letras de la Compagnia de IESVS, que en toda esta action, y solemne recibimiento ostentò sus finezas con claros argumentos de obsequio, y voluntad para con la persona de su Illustrissima, Padre amoroso de la Compañia en que à tenido muy preciosas prendas,



[illegible] y por, quexabase el Altar principal della, con [illegible] rias [illegible] extraordinarios, por ser tan precio-sos, y ricos [illegible] Templo [illegible] Maria [illegible] primoro-sa, como [illegible] qua-[illegible] en la Iglesia [illegible] que [illegible] de seda de [illegible], y se puede dezir, que quedò el Pincel [illegible], y a la [illegible] de verguença, [illegible] de [illegible], con [illegible] milagro [illegible] en la [illegible], y [illegible] Illustri-ssima [illegible] de la Iglesia, y del [illegible] San [illegible] lo [illegible] dita [illegible], y dixo el Padre Antonio Mun-[illegible] de la Compañia de IESUS, [illegible] con claros argumentos.

[illegible]

FOELIX CALAR ORATIO.

In aduentu Illustriss. & Reuerendiss. D. D. BERNARDI DE LA CABRA Archiepiscopi Calaritani.

Habita in Primatiali Sardiniæ Templo, à R. P. Antonio Manca Societatis Iesu Sacerdote, & in Collegio eiusdem Societatis Rhetoricæ professore.



TOLLITVR aliquando soboles Phœbea: an extollitur? (Illustrissime, ac Reuerendissime Præsul.) Infœlix Phaeton! quid? Intrat ille superbus cœlos: facilè ruet: altos namque feriunt montes fulmina,

Et iã mallet equos nũquã tetigisse paternos. Ouid. metaf. 3.

Dolendũ! Agitur præceps thumulatur vndis. Ergo alarum remigio volam me credere cœlo? Exultat Aquila Calar: exaltat Ganimedem ingenij, & eliseos vsque cęlorum campos, immortali stellantes flore, me rubentium foliorum panegyri purpurea eloquentes rosas ex Auroræ rhetorico sinu puniceas lecturũ, ac allaturum orationis intexto calatho, fantem ministrare iubet. Dura necessitas! Ambigo Phaetontem sermonis, Icarum facundiæ, facili errore, vel horrore micantis: cum rhetorico lumine, Mineruali radiorum cesarie euibrat linguas Pastoralis Apollo, sol Bernardus: cum nutritus Capra torquet fulmina Iupiter diuinus: cum exacuit Rosa clara spinas: cum ministrat armiger Ales pœnas. Quo rapior? Phœbi sumus in Regia: *Ciuitas enim Solis vocabitur vna.* Et hæc, Calar est: Regia est: vna est, fœlix, & Phœnix. Sed pennas aptauit amor: non Icarus adoptauit ad pœnas. Christianæ rhetoricæ currũ, Phaetonte doctus, nõ ductus: Aquila accõmodante alas, humilis ascendo: Rosa suppeditante colores, ditante spinis: mentes pingo: viscera pungo: inflamo pectora: volat affectus ad Virginem despõsatam Viro, cui nomen Bernardus, & nomen Virginis Calar est sacro hymeneo, festo connubio, quod fœlix, faustumque sit ad ęternitatis inuidiam, ad honorem, ad gloriam: & tibi (Illustriss. Præsul, mystice Christi præconio, mundi Sol, terrę sal: nobilissimi generis tui latescente sanguine, à Capra nutrite Amaltæa Iupiter diuine.) Et Isa. 19.

Amasiæ Aquilæ tuæ Calari, Luciferæ Rosæ, in qua rerum vniuersa splendicat bellitudo, & gratia.

Sileant iã barbara Memphis miracula, nec astrifera iactet Olympus incendia, gigantes quamuis, cœlesti æmulatione syderibus cingat vertices. Iam facili fortunæ Metamorphosi, & fœlici, Calar est,

Ouid. metam.2. *Clara micante auro, flammasque imitante pyropo,*

aut *solis Regia sublimibus alta columnis*: aut Iouis regio, fulminum officina terrentium. Hoc principi Sardiniæ Templo, vel Regia Clara, quid non cum solari cõmune? quid non singulare? En marmoreis innixa columnis, tectorum clypeata testudo, ad immortalitatẽ lacessit tempus. En iaspidis, quasi ad labores indurati Atlantes, Gigantæis sustinent humeris curuatos Cœlorum fornices, qui nõ stellas, sed Heroes cœlant, quorum robusta fides, effuso cruoris occeano, plusquam Alcidis fixit columnas. Sanctuaria illa clamitant vndique, *non plus vltra*. Ex vngue, leonem disces. Ast, quid à leone magnum? Regna: Imperia. Animato marmoris labore, tantum rugiunt leones illi, quantum rigent. Exprimunt ad viuum sine anima bellum, victorias, triumphos. Mirandum! solum hic vidi, absque fremitu, sine vita rugire Leones. *Quis non pauebit?* Thesauros huius Regiæ seruant tot Sepulchris: pro Santuario vigilant tot custodes. Quisquis serpens venenatus ingreditur Paradisum hanc; laniatur, discerpitur vnguibus. Aptius loquar. Calaris filios simulant leones, non se, qui generose callent

Vir. Aen. 6. *Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Regiam Vrbem decuit Princeps habuisse Regios: Planetas Principes: Aeneid.7. *Solemque suum, iam sydera norũt.* Nã aurea illa fabularũ regia;

Meta.2. *In solia Phœbus, claris lucente smaragdis*;

Cant. 3. presidet, ac fulget. Melioris hac, origine lucis: *diademate* pulchriori, *quo coronauit eum Mater* Ecclesia *in die desponsationis suæ*, nouus affulget Sol, cuius splendoris constantia nescit tenebras: & lumine continuato virtutis; ęternum radiat diem. Virtus, vel nocte media diescit. Sole occidente, tenebroso Latonę gremio: hęc surgit. Bernardi imago; Sol est, à qua lucem potest ediscere: non vitã, non votum.

Solis huius Regia, Calar est: & iam non clara, sed clarior. Pallet etiam hic aurum, sed amoris: est enim amicus amori pallor. Micat Calari gemma; non dimicat. Cesariem discriminat: non affectus. Quæuis hic præciosior gemma, & est, & dicitur *Vnio*. Hic animorũ cãdor: non argenti, quod, vel pedibus rotat, vel niuet in canis, etiã à cunis. Hic maria, & terras. Vrbes, in vna, septem: & bene, & belle. Conuenit enim Calari perfectionis numerus, cum vndique perfecta sit. Poteris Illustrissime Sponse, de hac Sponsa tua millies inclamare

Cant.4. *tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Vel, vt alij: *& Momus non est in te.* Vniuersalis Christi Ecclesia, & singularis, quia *vna est*: neminem carpit, & si carpatur à multis, aut hæreticis, aut erraticis. Sed pingunt Rosam claram Spinæ, dum Lilium pungunt.

Nobis mellificāt Apes istæ : non sibi:quarũ alia,vt *Anast.*& *Arrius* dum furit ; dũ ferit; *euiſceratur,* extinguitur : alia *vt Eunomius, & Luthe rus*,dum minuit , dum monuit;abigitur , fugatur , ne figatur . *Quid mirum* (inquit Petrus Damianus) *Si nos,qui ad terram melle manantem contendimus;Apum circumuolantium stimulis laceramur? An hanc profectò terram festinabat ille , qui dicebat circundederunt me sicut apes* . Sic illa Romæ Purpura . Quid ? Negligit Momos regia Heroum Mater : componit modesta vultus Ambrosios: subridet generosa Virgo;sponsa clara, ac ingenita nobilitate carpentes spernit . Et alte,quia hi nō rodunt : sed rudunt. Ecclesia fœlix Adamas est : adamans est . Franguntur Mallei ; crebra occidunt in tunsione Cyclopes : & ipsa semper Adamas . *Stephanum* facit , quia clara, *corona* : nec deficit . Crepitantium saxorum reboant tonitrua : saxea tempestas oborta,in caput suũ lapides parit: perit,& (vt Chrysologus,voces inaurans, loquitur profunde) *ædificantes turrim , vt altius caderent,ipsi sibi lapides prouiderunt* , Sed spōsa phœnix Adamas est. Tantum *syluasque, ferasque, & cætera numina ruris* , Regia Calar horret : nec errat . Ditior sine illis , quam cum illis . Quamuis , si forte admittat ; protinus mutat in homines : in Rosas : in Aquilas, & si aquilonis .

D. Petrus Dam. lib. 2. epist.8.

Psal.117.

Chrysolo. ser.131.

Meta.2.

Fœlix ergo Calar ! Fœlicior radiante Sole : præsente Bernardo spōso . Munit : non minuit præsentia famam . Miramur præsens fœlicitatis Astrum ; meremur amicum Iubar videre : nec moramur ad gratias . Exposuit hanc fœlicitatem Roma, fului sonora lingua metalli,quod Tullio elegantius clamat ; Demostene solicitat eloquentius : efficacius auro suadet . Numisma illud non dat famæ linguas: sed tollit. Quid igitur loquar ex me? Elinguis sum Numismate perorante . Duo tantum verba coronant Aquilam . Forte sapit diuinũ loquutio hæc breuis.*Semel loquutus est Deus : duo audiui* , cantabat Regius Vates . Quam breui stylo loquitur Deus,qui , vt breuius loqueretur ; *fecit Verbum abreuiatum* . Rideo nunc Tullios illos longos,& latos oratores. Conceptibus ; nō vocibus delectatur animus. Vnum loquere,ex quo duo exurgant ingenia, & hoc, ingenium. Sic Cœlum docet : sic Roma.*Fœlix Calar*. O Flora,vernantium hortorum Regina quid hæres ? *Manibus dato Lilia plenis* . Pluant niuei flores , Sponsa,quæ *sicut aceruus tritici*,tot nationes nutrit ; fœlicissimè *vallatur lilijs: munitur rosis*.Quid si fuit horreũ Vrbis?Nũc orbis.Spōsus ipse liliũ est : Rosa est.*Ego flos cāpi* : (inquit)*ego Rosa,& Lilium conuallium*. Nutritus Capra,quid,nisi Iupiter esses,Illustrissime Sponse? Sed diuinus : Sed humanus.*Flores apparuerunt in terra nostra* : non fulmina . Amalthea Capra fundit tuos à Copia cornu,quos non purpurat Regina Veris,sed Flora Calar,& Flos . *Sicut lilium inter spinas*, Sic sponsa tua,Bernarde,inter pœnas . Spinæ fecerunt incarnatam Rosam (vt aiunt) simillima vt esset incarnato sponso Primario. Erubuit Rosa Calar, erubuit,filiorũ,non foliorum

Psal.61.

Vir. Aen. 7.

Cant.7.

Alia lit.

Cant.2.

Cant. 2.

Ibidem.

sanguine. Fœlix imperium clamydis, quod proprio pingitur muri-
ce, cum pungitur. Tota Imperium Calar est. Quid? dic Empireũ:
Exod. 3. *terra enim, in qua stamus Sãcta est*. O quisquis Rubum approprias
ardentem Rosis, Martyribus, nuda pedes. Quo ruis Illustrissime
Moyses? Sponse sanguinis es, quo raperis? Curris adhuc? *Ber-*
D. Bern. *narde, Bernarde, ad quid venisti? Fuge dilecte fuge, & assimilare*
Cant. 8. *Capreæ super montes aromatum*. Fuge. An *crudeles terras?* An *littus*
Aene. 3. *auarũ?* Fuge. Hebraico loquor stylo. *Fuge*, quod est, *accelera, festina*
similis Capreæ super montes suauitatum. Quid Rosa suauius? Et Ca-
Isa. 2. lar ipsa, Rosa est. *Mons* est *in vertice montium*; nam *fundamenta*
Psal. 86. *eius in montibus; & Sanctis*. Gloria hæc Sponsæ, Sponsum beat. Sed
qualis est Dilectus tuus Illustrissima pulcherrima? *En ipse venit sa-*
Cant. 2. *liens in montibus, transiliens colles similis Capreæ*. Fœlix Calar! En
Psal. 18. hodie Bernardus in te *tãquam Sol posuit tabernaculum suum, & ipse*
tãquam Sponsus procedẽs de thalamo suo: exultauit vt Gigas ad cur-
rendam viam: à Cœlo Hispano, *egressio eius, & occursus eius vsque*
ad summum, nec est, qui se abscondat à calore eius. Tanta corruscan-
te flãma: splendore tanto lucente, iam Rubi, iam Moysis, iam Solis,
iam Rosæ, iam Aquilæ, iam Iouis, iam Calaris, iam Bernardi, quis
non ignescet? Et quis non agnoscet periculum intuendi? *Auerte*
par fœlix luminum; *auerte oculos tuos*, quia *ipsi me*, seu *aduolare*,
seu *eleuare fecerunt*. Dat Aquila pennas: Iupiter flammas, queis
feror ad astra, vt nesciat terrena, qui cœlestia tractat.

Apud Natal. com. *Sacra Ioui Capra est, quod præbuit vbera nato*, cecinit Aratus.
A Capra Bernardus est: ergò Iupiter: Hoc vno fœlicissima Calar.
Armant illum, & illam fortitudo, & pax. Vterque luce fouet amica,
& fauet: fulmine terret ignito, & torret. Quis non stupebit? Fulmi-
na torquet Iupiter. Aquila ministrat armigera, sed immitibus, sco-
pulosis, procacibus: non Planis, non Clementibus, non *clamãtibus:*
Ad Ro. 8. *abba pater*, cum Iupiter, idem sit, ac *Pater iuuans*. Noster es, & Pa-
stor, & Pater. *Stellas in dextera septem* præbes: te Saturni prolem,
Apoc. 1. & auream probas. *Redeunt ergo Saturnia regna*. Sponsum quippe
Vir. egl. 4 diues amor inaurat à planta, ad verticem. *Caput eius, aurum opti-*
Cant. 5. *mum*. Calar *optimam hanc partem elegit, quæ non auferetur*. Et au-
Luc. 10. reo capite, quid nisi aureos concipiet principes? *Præcinctum ad ma-*
Apoc. 1. *millas Zona aurea*, Aquila vidit Pathmæa. Matri pater Sponsus
hic est, & charitatis aurum, quasi lac præbebit infantibus. *Manus*
Cant. 5. *eius tornatiles aureæ: Sphœræ aureæ: orbes auri*. Manibus sponsi,
aurifodina pauperibus latet: *ac prodiga largitione patrimoniũ Chri-*
D. Grego. in mor. *sti lucratur, & seruatur amissum*, vt docuit Gregorius. *Crura*
eius, columnæ marmoreæ super bases aureas, vt æternas in amore,
Cant. 5. Herculis figat sponsus columnas. Hactenus Bernardum pingo: Io-
uem aureum recolo, qui totus se fudit in aurum, vt nostra foret au-
rea ætas: decederet ferrea. O quantum loquax silentium illud Mo-
netæ! Audiui iam mutum inanime, satis Tullium. Quid restat?

Numisma illud, sensus est: non census. Sed *cuius imago illa, & superscriptio?* Hinc, *Aquila*: hinc, *rosea corona*: facie altera, *Lucifer Beatus, & Sanctus*: altera, *Fœlix Calar*, effulget. Quid inquam? Aquila signat imperium: Lucifer Sanctus, empyreum: Quid statis? Quid hæretis? *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Cæcus ignorat? Solet oculos aperire Lucifer: & Aquila Calar, probat catholicum lucis examine, sinon exanime corpus, quod reprobat, præcipitat. *Fœlix Calar!* Hodie nobis modulatur Ouidius, radiante Bernardo Sole, cui in Numismate pro Regia sua Calari: Matt. 22. Ibidem.

Nitido patefecit ab ortu Meta. 2.
Purpureas Auroræ fores, & plena Rosarum
Atria, nec fugiunt Stellæ, quarum agmina cogit
Lucifer, & Cœli statione nouissimus exit.

Sed est nouissimus, Primus, quia fuit.

Hoc solo Fœlicior sydere, Illustrissime Sponse Bernarde: ab hoc tota lucet fœlicitas Astro. Mirarer, si non fœlicitaret orbem, solis Romani matutinus Nuntius: Apostolicæ Sedis Legatus: Præco diei, & Dei, pro cuius *Filio moriendum* dixit, & mortuus est. Verum (Auditores catholici) abijt: non obijt Lucifer noster: cum, cordibus omnium viuat immortale nomen, *& lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*. Hoc vnum adijcio cum Sancto Iob: *Cũ te consumptum putaueris, orieris vt Lucifer*. Semper idem nomine, & omine. Etenim, Ioan. 1. Iob. 11.

Conueniunt rebus nomina sæpe suis.

Et Lucifer noster; semper idem. Aestimamus: non spernimus in hac Lucifera Rosa spinas, quibus pungentibus, quasi pangentibus; suauius, ac vehementius funditur per Vrbem: resonat per orbem Sanctitatis concentus; deuotionis odor. Viuacior omnium cordibus vernat Rosa hęc cœlestis cum pręmitur. Paradisiaco hoc in horto pulchriores Martyrum purpurascunt flores, cum persequuntur. *Surge Aquilo*, Surge, & insurge: *Veni Auster, persla hortum nostrum, & fluent aromata illius*. Iam fluunt, & confluunt in odorem gentes. Regia odorum vndique Calar: Regina veris. Nunc Bernardo sponso suauior: Bernardus enim, filius Nardi interpretatur. Fœlix ingeminat sponsa vocem suam dicens: *dum esset Rex in acubitu suo; Nardus, mea dedit odorem suum. Curremus omnes* (ò Bernarde Illustrissime) *in odorem vnguentorum tuorum*, quæ virtutes halant: current & adolescentulæ simul, amantes animæ, *quæ dilexerunt te nimis*. Idem eras, & Nardus, & Rex. Nunc Cæsarem te signat Aqula sponsa. Non inuenit Calar Cæsares sponsos: sed facit: fundat imperia, quæ defendat. Quid Ecclesiæ huius timebit nauis? Vndarum rauco tumultu fremit Neptunus? Rugiunt freta sæua procellis? Tumidos spumarum gigantes aggerat profundum, vt in facies expuat stellarum: extinguat mundi faces? ac tandem Cant. 4. Cant. 1.

aspera

Matth.8. aspera sic desæuit tempestas, *vt ferè Nauicula operiatur fluctibus?*
Quid horres? *Cæsarem vehis.* Bernardus loquirur:

Virg. Aeneid.1. *Quos ego? sed motos præstat componere fluctus.*

Ast parce, precor, errori Sponsa Clarissima. Aquila, omnibus æqualis es, & natis, & notis. Cæsares tollis omnes: extollis. Hæret hoc alta mente repostum Aquilinæ soboli à pannis: à pennis, vel ducētis Aquilæ, vel docētis Rosæ: scilicet, *aut Cæsar, aut nihil.* Vitam ducunt in Regia, in imperio, nati ad purpuram, non quam Tyrio colorat murice peregrina manus: sed quā propria tinxit sanguine virtus. Ideò Numisma iactat Aquilam: ideò purpureā multiplicat Rosam. Vtraque Regina est: alia, florum suauium: alia, auium. Calar alteram, & alteram, vel nectit, vel notat. Aquila est, quæ ad tuos, Bernarde, rapitur splendores: Rosa, quæ te rapit, vt Solem, aut in folijs, aut in filijs. Aquila, quæ vt Ioui ministrat fulmina: Rosa, quæ vt Apolini exacuit spicula. Aquila, quę portendit imperium: Rosa, quæ figurat purpuram. Semper adamauit Iupiter Aquilam: semper Aquila, Iouem. Sic ad auream Rosæ cesariem exardet Sol: sic ad purpuream Solis comam erubet Rosa. Veneficus amor est: Medæa dulcis, vel florum, vel luminum. Iam suaui, ac radiosa metamorphosi, eliseo Cœlorum ortu, stellæ vbi vernant in flores; Sol, Rosa est. Iam cœlesti elisiorum horto, flores vbi lucent in Stellas; Rosa, Sol est. Nisi verius, aptiusque, radiantem illum, corruscantium astrorum Regem, Sponsum dixero: nisi hanc Tyriam, suauium Reginā florum, Sponsam duxero. Hoc, auditores, Bernardus à Capra: hoc Calar est. Floret Aquila; volat Rosa; hæc in horto: illa in ortu. Videt Aquilam Orbis vibrantem rosas: inuidet orbus Rosam docentem aquilas. Ad pręsentiam Bernardi, hæc Calari iam non ficta, sed facta. Verum antiquiora sunt monimenta ista. A parente Hercule gigante didicit victorias Calar, quas Porta in principe, non linguis, sed marmoris obijcit columnis Aquila, cum immortalitate pugnantibus. Quid? Ad columnas peruenit oratio? *Non plus vltra.* Illustrissime Sponse, quid maius expectas? Hoc fige pedes solo: oculos, columnis. Quid optas? Nobilitatis insignia? Hic Reges olim: nunc, & Reges, sed quos virtus coronat, non Fortuna. Hæc deficit: illa facit, *nec plus vltra.* Fortitudinem? *Non plus vltra*: Herculea est. Sapientiā? *Non plus vltra*: à Iesu est, quæ sola *Sapientia Patris, & candor lu-*

Sapien.7. *cis æternæ,* nec alia. Sanctitatem? Genuit hæc tua Virgo pontifices Sūmos, Legatos, Archiepiscopos, Episcopos, & mille alios, sed Sanctos. Non ignota loquor. Dixisse sufficiat vnum pro cunctis Luciferum, qui in lucis coronam tibi rutilat hodierno Sole, gratulaturque fœlicitati tuæ cum Sponsa Calari, in qua nunc,

Hizieron pues guerra en ſus apreſurados ardimientos, quando en los rencuentros experimentaron ſu baxa fortuna, y quando ſe juzgaua que hauia de parar eſte artificio en el adorno de la hermoſura del Cielo, penetrò confuſo laberinto de buſca piés, que deſembueltos, y arrojadizos aſuſtaron à la plebe con lluuias de exalaciones de rayos, y encondenſando en dilacion la capacidad de ſu diſtricto, y entre las nubes negras, que formaron humoſos alientos, entramaron varias vezes la plaça, y bocas de las Calles, deſpejando gallardamente ſu mayor apretura, ſi bien dexaron zenicientos, e inutiles deſpojos de la encendida, y trauada refriega con amortiguada luz, en que deſfallecidos

dos tubieron fin en desmaiadas pauesas: hauiendo sido todo este lucimiento de lòs muy Illustres Concelleres, y Magnifica Ciudad, que en tan repetidos Bolcanes de artificiosos fuegos, expressarõ los verdaderos ardores de sus affectuosos deseos, dexando à imitacion suya encendidos los coraçones de los moradores, y habitantes del Castillo, no sin admiraciõ de las personas demas lustre de todo el Reyno, que à la sazon estauan en esta Ciudad, y aiudaron à solemnizar gustosos dia tan festiuo, y alegre para todos. Con la falta de los fuegos, y luminarias se conocieron las ausencias del Sol, y la noche pudo acreditar sus tinieblas, habiendo asta entonzes passado plaza de sereno dia. Puso con sus sombras treguas à las festiuas demonstraciones de todos, que se recogieron à sus casas con sentimiento de no poder continuar en ellas, pareciendoles que quando fueran mayores les venian cortas de talle à sus gozosos, y liberales animos, que por falta de tiẽpo quedauã ociosos, ò sin lograrse los mayores alientos de sus honrosos deseos.

Todos à porfia buscauan sazones, y procurauan ostẽtar agudas finezas de sus ingenios para festexar gozosos tan alegre venida, y dar debidos obsequios à su Illustriss. tan digno Señor, y Prelado. Los quales despues de algunos dias (que se gastaron en cumplimiẽtos forzosos de vrbanidad, y cortesia) se manifestaron mucho mas con la graue, y eloquente oracion dignamente aplaudida de toda la Ciudad, y de personas Illustres, y doctas, que vno de los muchos, e insignes professores de lenguas, artes, y ciencias, que hay en la Religion de la Madre de Dios de la Escuela Pia, varon de singular ingenio, y conocidas prendas, que à satisfacion de todos desempeña cada dia el credito de sus muchas letras, compuso, y recitò en presencia de su Illustriss. de los muy Illustres Cauildos Ecclesiastico, y Secular, y cõcurso de Religiosos, y demas estados, que con general admiracion le dieron deuidos elogios, y merecidos aplausos.

ORATIO

Jn ingreſſu Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini,

D. BERNARDI DE CAPRA

Archiepiſcopi Calaritani, in eiuſdem Ciuitatis Primitialem Eccleſiam, à Patribus Scholarum Piarum publicè habita.



PAranymphus quodammodo, ſpóſaliorum ſtipulator feliciũ, læto auſpex auſpicio, iucũdiſſimiq; accẽtor Epithalamij inter te ſponſum meritiſſimum, inclyte BERNARDE, & te ſponſam minimè diſparem, Illuſtriſſima Calaris; non gratulabundus orator, accerſitus, & iuſſus, non proferens contemptibilis obſequium eloquentiæ; oloribus nuper calcata roſtra rudis anſer aſcendo. Riſerunt alij, quid ego clangam? arriſere gratulantes florentiſſimę Ciuitatis peregrini flores, tellus, cœlum arriſit, riſit aër, ver, fauonij, nil non gauiſum eſt hilari die; quid ego clangam? orarũt alij fœcundiore ſtylo, ſonantiores ex hiſce ſuggeſtis inſonuere Pericles, intonuere Salmonei, quid ego clangam? edidere Cycni modulos, multiplex canendo auras, & aures demulſit Aëdon, plurimum diductum eſt melos, quid ego, quid ego clangã? Proinde cui Aëdoni, cui Cycno, cui Salmoneo, cui Pericli eſſe, non Dij, non homines, non conceſſere columnę; at pedeſtri liceat eſſe Paranympho, at humili fauſtis Epithalamijs accinenti. Vidit quondã aquilinis oculis Pathmęus vates è pacifico ſummæ beatitudinis Regno Ciuitatem pacis Ieruſalem deſcendentem veluti ſponſam gemmanti ſplendore condecoratam, paratam, ornatam viro ſuo; vidit, & noua vt ſenſa videam facit, & conceptus inſinuat, & licitos patefacit campos, ne quid verear Ciuitatis illius pacificæ typum ad traditam tibi nuper (Benigniſſime, ac fortiſſime Præſul) traducere Ciuitatem. Quidni propulſis dubijs aſſeuerem audacter non, niſi cælitus deſcendiſſe Calarim, quæ cœleſtis ferme pacis, ſi quam illius ſcintillam terra fouet, ſeruat veſtigia, reliquias cuſtodit, apprime refert imaginem? Nil non cœleſte præſefert, ſuperum viuit æmulatrix; formam ab ideis duxiſſe videtur Empyreis. Ecquibus nõ ornamentis, ecqua non amplitudine ſponſa nitet mirabiliter inſignita? ſed ſponſæ laus, ſponſi gloria; cui ornata, cui parata ſponſa Calaris? viro ſuo, tibi, tibi, Magne BERNARDE, tibi caro vinculo hodie ſociatur Calaris, tibi viro ſuo, humano viro, benigno, & forti, vt ſit in forti dulcedo: forti ſociatur Caio, quia fortis

Caia,benigno addicitur, quia qualis Caius, talis Caia. Si quis vis apte nubere,nube pari. Tu fortis,celeberrime Antistes, nam si fortes creantur fortibus,& bonis est in iuuencis, est in equis patrum virtus, nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam: tu Hesperidũ Atlantium fortunatum germen, & columen firma virtute consuetum fulcire cælũ Hesperium,vires hausisti paternas, neruos, latera, humeros nihilo ab genere degeneres, auito te animo, & robore, auita constantia munijsti? Et tu fortis,Calaris,nã tuos Hercules,Gigantes tuos demirata quondam,tenaciter adeò ferreũ illud robur traxisti magnes, vt nil,nisi Herculeum,nil nisi Giganteum,nil nisi ferreum,atque adeò adamantinũ ostendas.Decet Caiũ Caia.Tu fortis,constantiss.Pręsul, nã veluti Sophocleos asseuerat iãbus:ἀνδρῶν γαρ ἐσθλῶν σέρνον ὀ μαλάσσεται: non languet optimorum hominum pectus,vegetum semper viget perenni virore, nonne cernimus,& in stemmatis,& in tuæ dignitatis virore quantum absit,vt langueas, quantũ absit,vt ab innata tibi fortitudine ne latũ quidẽ vnguẽ abscedas?ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλῶν σέρνον ὀ μανάσσεται: Tu fortis,Calaris,nec quidquam in te paret, quod sit prodigiosæ fortitudinis expers,fortia propugnacula, fortes muri,aggeres,valli,fortes ciuium animi, fortia pectora, fortes militum acies,forte,quo regeris regale præsidiũ, fortes colũnæ tuæ Sãctissimæ,Luciferi scilicet,Protogenes,Deusdediti,Saturnini;quis numeret?Decet Caiũ Caia.Tu fortis,heros inuicte,& ea fortitudine fortis,quæ iuxta Romanæ facundiæ Parentem,sola defendit ornamenta virtutum omnium, simul & iustitiam custodit;& quę inexpiabili bello aduersus omnia vitia decertat, inuicta ad labores,fortis ad pericula,& rigidior aduersus voluptates: quare vt Alexander in Ilio sacra faciens, cum sibi ostẽderetur Paridis Lyra,auferte,inquit,ista,Lyras deponite,hastam potius Achilis ostẽdite,hac me allicite,hac me mulcete: nihilo sanè secius, & tibi Alexandro fortiori nil placitæ voluptatum lyræ, nil blandæ canentes Sirenes,placita sola christiana fortitudo est, quæ veluti Achillis hasta, & in sublatis aduersis pungit,& potenti præsidio vitã refert ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλῶν σέρνον ὀ μαλάσσεται. Tu fortis,Calaris,nã veluti sublimis palma, & si graui premantur rami pondere,non succumbit tamen,nec oneri deuicta cedit,quinimò eò altius victrices extollit comas, quantò deprimitur grauiùs: pari etiam pacto robur tuum, licet oppugnatum, circumuentumq; nunc Romanorum copijs, nũc Carthaginiensiũ armis, nunc intestinæ gentis, nunc barbaræ furoribus perterrefactum, stetit tamen: stetisti Calaris, & stas, & crescis plurimis Sardiniæ demolitis Ciuitatibus, intrepidumque caput erigẽtes turres tuæ, elato propulsant aëra vertice, quasi mutæ dicant; conantia frangere,frangimus: decet,decet Caium Caia.Tu fortis,heros inclyte, nã si apud præclaros Lacedæmonios in celebribus fortium Ducum pompis concinere choro moris erat, ἄμμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι. mox accinere iuuenes

ἄμμες

ἄμμες δὲ γ' ἦμεν ἂν θένης αὐγάσδεο. Deinde ſuccinere adoleſcentes. ἄμμες δὲ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάῤῥονες: Iſthocpoteſt tibi apprime referri, qui vel adoleſcẽs aggreſſus Inquiſitoris regere pondus, ceciniſti tutemet, ἄμμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι: prouectior, & Epiſcopale munus regens. ἄμμες δὲ γ' ἦμεν, ἂν θέλῃς αὐγάσδεο: matura, & meliore nunc ætate Archiepiſcopali aptus honori ἄμμες δὲ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάῤῥονες. Hæc de forti. Sed quoniã vt Aegocerus, ſeu Capricornus in Cœlo, inter ſtellas alias, quibus gemmatus lucide circumfulget, duabus multò præſtantioribus pectus inſignit: ad eundem ſanè modũ tu Aegocerus alter geminum, quod hodie celebrem aſtrum inter innumera nobili pectore prætefers, ac ſi duo ſint vbera, inter quę ſpóſa commoretur, memorato iam altero, alterum perbreuiter attingamus. Proh Deum immortalem, quanta in hoc forti dulcedo, quantus in generoſo Leone fauus, quæ ſuauis benignitas, quæ pia clementia, quæ clemens pietas! Rogas qualis eſt dilectus tuus, pulcherrima ſponſa? ea nimirum dote pręcellens, qua (Rhetore teſte) nihil laudabilius, nihil magno, & pręclaro viro dignius. Rogas qualis eſt? eo nempe fulgens ornamento, cui deuicta ceſſere bruta, quo ſtirpes ſenſu carentes, quo ſunt rigida ſaxa, & rupes inhoſpitę delinitę. Rogas qualis eſt? ea ſcilicet virtute cóſpicuus, quæ in ſe veluti penicillo Cœli Clementis retraxit, ac delineauit effigiem, quæ ſi diſcatur; ferinũ euacuat, humanum inducit; terrenũ detergit, inſtillat cœleſte; mortale propulſat, applicat æternum; miſerum tollit, beatum infert; humanum poſtremò commutat, diuinum quid ingenerat. Ea virtute conſpicuus, quam vnam potiſſimum promus condus æternus mortalitate ſeptus humana, ex vberrimo cœleſtis ſapiẽtiæ penu protulit hominibus inquiens: Diſcite à me, quia mitis ſum. Ea virtute cõſpicuus, qua quia floruit ductor Iſacidum, dubium, mirabilius ne ſit, quòd induratum cor Pharaonis flexerit, an quòd deſerti domuerit petram: dubium, extiterit ne potentior, cum intractabilis ferociam Maris lenijt, fecitq; pede permeabilem, an ne cum exæſtuans diuini furoris placauit pelagus, ne idololatras populos abſorberet: dubiũ extiterit ne dulcior, & gratior, cum miti clemẽtiæ rore rigauit populos, an cum dulciſſimos è Cęlo mannæ promeruit, & obtinuit imbres; dubiũ, extiterit ne ſuauior cũ fluctuantes, & fere rebellantes Iſraëlis animos clemẽti ſuauitate ſedauit, an cũ amaris Marę dulcorẽ reddidit aquis: dubium, prodigioſior ne extiterit, quòd ſonãtibus aëra turbinibus, caliginoſumq; cœlum fulminibus obſtupefecerit reboantibus, an quòd æterno Clementis nomine clariſſimos ferme omnes obſcuret, & reſonanti fama nullibi non intonet, nullibi nõ vocali encomio celebretur: Dubium, carius ne fuerit ad benignam animi ſuauitatem, quã gentem ſibi creditam ad terram lacte, & melle fluentem introducere. Rogas qualis eſt dilectus tuus, pulcherrima ſponſa? finge tibi, quin tuto crede, nihilo abſimilẽ à Pharaonis domitore, à lapidis lenitore; ab ęquora diui-

ra diuidente, ab iram concitatam diuini pectoris demulcente; ab ambrosium colligente rorem, ab amaræ vnde conciliante dulcorem; ab auctore cœli tonantis, à pollicitatore beatæ sedis lacte, & melle manātis. Domat is Pharaones perduelles plectendo, lenit saxa suauissimos mores insinuando; diuidit maria per fluxas vicissitudines tutum iter instituendo, indignatum numen Dei mitigat orando; mannā colligit rogata obtinēdo, dulces facit aquas, amaras gregis ærumnas medicādo; tonat fontes arguendo, lacte, & melle scatet pœnam supplici relaxando. Placet ne sponsus? quid ni placeat? autumas te iure lætam? quid ni beatam? Tu verò, sponse nobilis, rogas qualis est dilecta tua? rogas? qualis Caius, talis Caia, siquis vis apte nubere, nube pari. Tu fortis illa fortis; tu clemens, & mitis, illa nihilo minus benigna, & suauis. Benigna hic Cœli, & grata temperies, clemens aër, suaues auræ, blandi Zephyrorum flatus, benigna alibi prope nouerca, hic fœcunda mater tellus, benignus aer, impatientibus sese inuicem expectare messibus, perenniq́ue vbertate refertus, benigna hortorū iugis, & quasi miniata varietas, dulcissima collis sedes, quæ leni sese attollēs cliuo subsidet lætis ædibus; benigna, & suauia muros fęlices circumdantia prata, quę Hyacinthis æternis, æternis interseruntur amaranthis: benignissimi gentis mores, dulce, & clemens regimen, suauis concordia, nihil non suaue, nihil non ab Aristęo suo mella mutuatum, vt fortis dulcedini assimiletur. Placet ne sponsa? quid ni placeat? autumas te meritò lætum? quid ni beatum? O quam decet Caium Caia! Nectite proinde quātò fortes, tantò clementes dexteras, sponsi ter, & iterum fęlices; cōuenite in castos amplexus, Sanctus dulci vinculo nectat animos Hymenęus; pronuba sit Sponsæ Sanctitas, Sponsi mecum auspex Diuus Amor: ingeminatas ducāt Charites choreas; blanduli rideant amores; concinant alatæ mentes Epithalamia in sponsalijs fortunatis; plenis dentur manibus, quos flores solēni pompæ nuperus aperit Aprilis; insonet alacris harmonia, & societ, quos nouus saluber Amor pictis volucribus elicit garritus; plaudāt hilares animi, raucumq́ue murmur imitētur, quo crystallini fontes aucti soluto gelu, nouas iter ripas gaudium prope nostrum æmulantes dicunt liquefactum melos. Quid plura? nescio quo feror; quo me rapiat lætitia; quo me ducat gaudium, ignoro; illud vnum scio, te vnum, te, Magne BERNARDE, te Illustrissime, ac Reuerendissime Archiepiscope, nostri gaudij plenum esse fontem, originemq́ue salubrem, & fore posthac. Prosit tibi meritata dignitas, prosit meritata sponsa, quæ cum sponsa Canticorum fausto omine cantet. Similis est dilectus meus Capræ.

DIXI.

No permitieron los Colegios de la muy insigne Academia, e Illustre Vniuersidad desta Ciudad de Caller, que quando todas las Comunidades en competencia procuraban adelantarle en festiuas, y affectuosas demonstraciones, hubiesse otra alguna que se le auentajasse, ni excediesse, y assi despues de algunos dias que llegò su Illustrissima, reconociendo gozosos la dicha de habelle merecido por su dignissimo Cancelario, y Retor, se concertó otro solemne auto, preuiniendose para recebille, como lo hizieron con particular festejo, y regozijo al ir su Illustrissima à tomar possession de su officio en conformidad de lo expressamente dispuesto en las Bulas Pontificias, y priuilegios Reales.


Fuè pues su Illustrissima al general de dicha Vniuersidad, que estaua costosamente adereçado, con vario luzimiento, y adorno, y acõpañado de todos los Colegiales, que assistieron con sus insignias de Capirote, y Borlas, lleuando cada facultad el puesto que por su antiguedad le competia, se dixo la Missa con solemnidad ostentatiua, y el Padre Iayme Carta Religioso de la misma Compañia entre modestia, y voz proporcionada, se congratulò en vna oracion graue latina, en donde hizo ostentacion aguda de su mucha erudicion, y letras, pagandole su Illustrissima con nuebos agrados las pocas horas que tuuo en preuenirse para acion tan celebre, y con admiracion suya y de todos la elegancia de tan ceñido discurso.

ORATIO

In aduentu Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini, D. BERNARDI DE LA CABRA

Ad Vniuersitatem Calaritanam, vt susciperet munus Cancellarij, habita post dies aliquot à primo, quo sedit Archiepiscopus in Ecclesia Calaritana coram eadem Vniuersitate.

Auctore Iacobo Carta Societatis IESV Sacerdote, in Vniuersitate Calaritana Eloquentiæ Professore.



ESTIVA nobis hodierna luce *a* triplicantur gaudia. N. N. Redeunt, dum refricata *Nardus* nostra dat odorem, heroicus spiritus, & ad lætitiam excitãdam, suauissima lenocinia. Non cępit bidui mora pro optatissima Parentis nostri, vt Præsulis præsentia, festiuæ gratulationis pondus; sed in hodiernum vsque diem redundant illa ipsa gaudia, quę nuper Calaritanos Portum, campos, & Vrbem mellifluo tractu, sed impetu quodam vberrimo inundarũt. Iam & illud debitæ, & satis nunquam soluendæ communis gratulationis pondus deuoluitur ab Athlantibus ad Sisyphum, ab Hercule ad Pygmęum, *b* ab ijs quos in maiestate sermonis pro rostris aureis excepistis, ad me, qui Oratoris munus in hac sapientia impar sustineo. Vellem, cãdidati Auditores, quod & vos ipsi æquissimi rerum arbitri, illum me hodie Oratorem gerere, qualis nobilissimam hanc Calaris Sapientiam decet, qualem amat têporis ratio, qualem poscit Præsulis dignitas, qualem exigit adstantium grauitas, qui possit argumenti magnitudinem sermonis adæquare dignitate. Certe non Iunios Brutos horridos, non Menenios rudes, non Fabricios hispidos, non Agrippas rerum indigestione laborantes; sed Tullium agerem Patrẽ Patriæ, fori Principem, eloquentia vberẽ viribus maturũ, verbis grauem, figurarũ picta coloribus oratione latè persultantem; prodiret Oratio nostra tãquam nobilis in die solẽni viro suo matrona percultè vestita, & eleganti mundo nitens: tanquã sponsa de thalamo speciosis illuminata gemmis quasi obuia spõso suo Bernardo, in hoc sublimi facundiæ theatro, põpas educeret admirabiles. Verum diuino quodam consilio factum existimo, vt oratio mea, eã cultus elegantiam minus haberet; vt se in humili habitu, non tàm Bernardo despõderi perinde, ac spõsam fateretur, sed perinde, ac famulam Domino obsequiosam ancillari. Cæterum vt qua par etiã est dignitate Domino suo ancilla famuletur, commodabit pompas Calar, induet à tanto Domino splendorem: dabit pulchritudinem *Ver*, odoramẽta *Nardus* dulcedinem *Bernardus*, lacteum cãdorem officiosa *Capra*, *c* Cæsaraugustanus Leo maiestatem; Vos quod reliquum est Auditores si benignum dicenti exhibeatis auditum.

Hodiernæ ergo gratulationis exordium, vt altius ab origine repetamus,

a *Tribus dieb⁹ celebratus est aduentus Illustriss. Præsul.*

b *Oratores qui præcesserunt.*

c *Leo in stemmate Cęsaraugustæ.*

mus, & fœliciter ad finē deducamus; pedem referre necesse est ad primos venientis Bernardi nunquam satis celebratos dies, tanquā ad huius diei placidissimos albores. *a* Non insueta quidem ducar methodo, sed Regia planè quasi via incedam: quā scilicet Maximiniani Imperatoris Panegyristes dum sibi, & populo de tanto Principe cōgratularetur. *Seruiunt aliquando suis rebus tempora.* Aud. Sic inter illa mundi, & rerum primordia moderator dies illuxisse dicitur; ne potissimum noceret, qui teneram mundi nascentis originem animaret; Sic Kalēdas Martias, quæ primos spiritus vitæque auras Principi impertiuerant, vt olim voluentium annorum, sic etiam æternorum auspices Imperatorū *b* Panegyristes diuinauit, quia seruiunt aliquando suis rebus tempora. Quare, vt ad primos Orientis in Vrbe nostra Bernardi dies tāquam ad Orientem Solem me conuertam. Loquar in huius aduentu ad Calaritanos nostros, quod in accessu Athanasij Gregorius ad Alexandrinos; nam vbi ille Athanasius, iste Bernardus; *Et secundum nomen eius, ita, & laus eius; c Liceat mihi* (cum Gregorio inquam) *paululum adhuc in illius spectaculi narratione lasciuire; illuc enim animus versatur, nec sermonem ab ea solemnitate reuocare facilè possum.* Atq; in primis quāta in illo aduētu Bernardi, *d* Cœli Indulgentia? quanta suauitas? quāta serenitas? An fortuito existimandum, quòd dies ille in ortu Præsulis, eo quo veris auspicium nobis illuxit, illustrior appareret? An absq; consilio, quòd serenus, & vltra temporis assuetum modum augustiore fulgens luminis claritate illucesceret? An non potius, vt tempora rebus seruirent, & tempora Præsulis auspices forent? An ideò puriori lumine coronatum inuexere Solem, ne aduenientis maiestate videretur obscurior? An illo die veris initium Calari dedere, vt tempestatum Regina *Ver e Vernardo* quasi dierū Principi, aut veris nardo applauderet pompas educeret, & iucundissimo veluti stiparet satellitio? An dies aduentus eius Kalendis Aprilis proximior esse debuit, qui mensis, & candidior floribus, & halantior vernat; vt ingenium hospitis, & nomen odorarus, illud Calari exprimeret, & florum pulchritudine, & odorum suauitate? Bernarde, *Ver Narde,* vt secundum nomen tuum laudes efferam quoque tuas: Seruierunt in accessu tuo tàm fausta tēpora rebus suis, vel potius tuis, vel potius nostris; munus tuum fuit, vt quo te pirmum tempore Cœli dedere, eodem brumæ detersa fuligine primitias clementis veris sentiremus: munus tuum est, quòd te præsente, & Præsule candidus primum nobis aperiretur Aprilis, vt in odoribus suis *Nardi* tuæ fragrantiam inhalaret. Bernarde dulce nomen! in nomine, & omine, *Ver*, tulisti, siuè decorum, siuè odorum, quia *Nardus* tua in terris nostris odorem dedit, & Vrbem impleuit. Vidimus nēpe in ortu tuo *f Orientem Capram* augurium fœlicitatis, vt iuxta pa-ræmiam, quæ votis diu conceperamus, eorum cōpotes fieremus: Mellifluos optabamus Celos? Mellifluum depluère Bernardum: pacificos Alcionum dies in tanta calamitatum bruma exoptabamus, fœlix, beatumque *Ver* apparuit non tàm amœnitate florum, aut viriditate Segetum, aut Fauonijs, & luce serenata lætum; quantū aduentu *Ver nardi* vene-

a *Temporis ratio habenda in aduentu Principum.*

b *Maxim. Panegyristes apud Nicolaum Caussinū lib. 8. de eloquentia diuina, & humana cap. 21. Psalm. 47.*

c *D. Greg. ora. in Athanasiū.*

d *Dies aduentus placidissimus.*

e *Anagrammatismus Bernardi.*

f *Orientem Capram aspicere dicebantur benè fortunati.*

venerabile. *a* Quis non credat, Verno tempore omnia nata,seu creata fuisse; cum eodem, omnia Calari confirmata, & restaurata conspiciamus? Itaque illud Ver, quod Calari nuper arrisit; quale & quantum est iucūdissimum fœlix,beatum,Venerabile, non inde erepsit Calari, quam Cęlo assurgit Laniger Aries, sed qua Bernardi apparuit *Capra Oriens*.

a Creatio mūdi Verno tempore.

Non iam Ver Aries, sed Capricornus habet.

Vidimus ergo Orientem capram tuam in terra nostra; Vidimus subinde ad ortum tuum terram nostram Veris pompas, & Aprilis induere venūstatem; Vidimus de terra nostra effusum populum in omen suę fęlicitatis exorientem. Quonam verò modo spectaculi illius magnitudinem oratione referre pro dignitate queam? *b* Fluuium vnum vidimus Calaris frequentiam nobilitate vberem ab Vrbe ad Templum illud religionis Sanctuarium,& tui hospes retroacto vnius milliaris itinere in Pastoris sui occursum,confluentem. Quonam fluebas quasi tui immemor,o Clara Calar grauitate velox,velocitate grauis? fidens auguror (nam & olim Oratores augures fuerunt.) Quia Capra oriens trahebat; Calar exoriens currebat; Capra exoriens fęlicitatem portēdebat, *c* Fœlix Calar. fęlix Calar! fęlicitanda vlterius properabat: *tantam potest in nobili animo amantissimus Præsul, generare fiduciam*. Hìc nec vnguem, vt ita dicam, veniētis hospitis attigero,si illum orientem Capram tantum appellauero. Bernarde; solum non ad ferrum, quia ad gentem auream,& nobilem, illo die magnetem egisti. *d* Hercules aureis vinculis tactas allicere ad se potuit gentes, & *e* Herculea Calaris proles aurei amoris solùm potuit ad te catenulis concitari; vt ex hoc appareat (dum amoris violentia percita ad te amantissima Calar,non tàm currebat, quàm volabat) aut in te parentis sui Herculis simulacrum inspectasse, cum tanquam Heroum Herculem Cæsaraugustani Leonis maiestate nitentem,quasi Leonis exuuijs, indutum mirata est, aut in te Restauratoris sui vices,officia, beneuolentiam, animum,lucratam esse: *tantam potest in nobili animo amantissimus Præsul generare fiduciam*. Dignum tamen te magnetis etiām ingenio, vel ad ferrū dixero, quatenus amore tuì tactos Calaritanos ad Orientem Capram tuam,tanquam ad polos,& cardines suæ fęlicitatis cōuertisti: signum planè amabile,& plenum spei.

b Confluit populus frequentissimus ad videndum Præsulem.

c Inscriptio reperta in antiquo numismate.

d Alciatus in Emblem.

e Calar olim ab Hercule restaurata.

Nascitur Oleniæ signum pluuiale Capellæ. ait Ouid.

Ecce fęcundissimum hoc signum cęleste est,pluuiale est,& aquipluum; dum tamen illum Capra tua nobis est,non pluuiale,non aquipluum; Mellipluum erit, quia Bernardi est. Si verò terrestre signum Capra tua nobis sit: Lactipluum erit,quia Pastoris est.Si vtrumque (quod dignius est) tum Cęleste, tum terrestre; Mellifluum erit, Lactifluum erit: rorabit mel, stillabit lac; & fluet terra nostra, lacte, & melle; melle cęlesti, lacte terrestri; melle Bernardi, lacte Capræ. Iam si temporis opportunitatem non prætereamus,Aud. Visus est Bernardus in terris nostris *Capra ad Festum*. *f* Paræmia hæc bono sensu eum designat, qui in tempore ad negotium accedit. Sic eodem tempore,

f Vide Adagia Pauli Manutij.

 quo

a Aduētus Præsulis circa Festum Incarnationis.

a quo desideratus cunctis gentibus collium æternorum desideria expleuisse recolebatur, eodem Bernardus desideratus Calari transiliens aquarum montes, adamantium vota, & conclamanitum preces quasi in tempore satiauit; Cum bonus ille Pastor perditam ouem de Cęlo quæsiturus properasse, creditur; cum & nos mortis telo percusso Pastore, dispersas oues, & lacteolos agnos desertos plorabamus: tempestiuus Bernardus adfuit, vt lactaret agnos Calaris, & ad ouile reduceret errabundum gregem. Capra ad festum; Eo tempore quo Cęlestis Rex in accubitu suo, hoc est in humilitate carnis nostræ requieuit, & Virginea Nardus odorem dedit; Eodem in exaltatione sua Bernardus Nardus nostra odorem dedit in terris nostris, Capra ad festum.

b Anniuersaria Incarnationis Festiuitas præter solitum solemnius celebratur.

b Sic inter festiua illa gaudia, inter solemnes pompas inter festos ignes hilari strepitu per aërem insultantes, inter tubas, inter choros, inter cymbala, inter timpana tempestiuè Bernardus superuenit Capra ad festum. Vir ad negotium, non Calaris solum, sed Sardiniæ;

c Venit circa prima generalium comitiorū auspicia.

c Nimirum vix centuriata Sardinię comitia, in quibus Regni summa, & potestas penes nobiles, & optimates deuoluta est; Vix (inquam) solemnia ista comitia Calari indicta sunt, cum in tempore Bernardus adfuit, communis parens, Patronus, & Mecenas; Vt quo tempore communis Pastor ad negotium sęculorum, & humani generis reparationem assimilatus Capræ, hinnuloq; ceruorum super montes Virgineos quasi ad festum prosilijt; eodem Bernardum ad negotium Calaris, & Regni venientem videremus assimilatum Capre super montes *d* Herculeos, super montes Virgineos.

d Collis B. Virgini de Buenayre dicatus in quem diuertit Præsul nouus hospes.

In quo Bernarde Illustrissime, benigno Capræ ingenio verissime functus fuisse videris, quæ vt dicitur vbi expositos infantes, in deserto vagiētes audit, tēpestiua accurrit, gremio fouet, lacte nutrit; sic Amalthea Capra Saturni filios à Parentis sæuitia defendisse dicta est; sic quod gloriosius illi fuit Iouem infantem aluisse. Comitiorum ergo Sardiniæ rumores, vbi Hispaniarum tenus caluerunt, vbi querulos inopum gemitus, quasi expositorum infantium vagitus, petras ipsas emollientes audisti; exaudisse videris, cum tempestiuus quasi Capra ad festum accurristi. Perge, propera Amalthea, amantissima, tempus est, ad negotium Calaris, ad reparationem Regni, ad causam Orphanorum, ad solatium desertorum, pande sinus, præbe vbera: fouebis non Saturni filios, sed Herculis, sed Calaris, non Ioues nutries, sed *e* Iolæos; Et locus erit, vt Capra tua Amalthea fęlicior in Cœlos transcribatur.

e Calaritani dicti olim Iolæi.

In terris verò clariùs adhuc gloria tua renidet, quàm in Illustrissimo Capræ tuæ stemmate; plus gloriæ claudis, quam prodis. Vidimus in ortu tuo orientem Capram; Vidimus, & Leonem exorientem, Solare animal generosum, Cæsaraugustanum Patriæ tuæ nobile insigne, generis tui clarissimum documentum. Sed quæ est ista rerum conspiratio (Auditores) vt in Præsule nostro cum Leone Capellam, cum Capella Leonem inspiciamus? An (vt bis dicam, quod pulchrum est) heroum illum Herculem Calaris parentem Leonis exuuijs indutum rediuiuum excipimus? *f* an illa nobis redeunt aurea sæcula, in quibus Leones habitent cum agnis? Tantundem est Leonem cum Capellis, quam cum agnis habi-

f Isaiæ 11.

habitare. Visus est aliquando agnus Leones pascere; ediderunt hoc miraculum aurea sæcula. Tantundem est, quod nostrum hoc exhibet æuum, quod pascat agnos Calaris Cæsaraugustæ Leo, & in vnius Capellæ Bernardi gremio mansuescat: vt in Pastoris mansuetudine maiestatem Præsulis recolamus, & in dignitate Pontificis parentis benignitatem adamemus. Hoc tam venerandum,& plausibile monstrum, quid mirum Vrbem tunc depauperauerit desertamque penè posuerit, in sui admirationem frequentia conuersa? Ducendus ergo intra mœnia Bernardus fuit, vt iterum in Pastoris sui occursum animata, nouo quodam, & præter morem tripudio exultarent. Excepit prima veluti ouantem Cæsaraugustæ Leonem, *a* Leonis illa Calaris Turris; ad custodiam vestibuli, an ad huius diei lætissimum triumphum erectam dicam? Vix in suo se fundamine præ gaudio continere videbatur, cũ videret Leonem suum, Cæsaraugustano Leone rursus animari. Ego cum ad festiuos hic rumores prodirem,& nouam Vrbis faciem cõtemplarer, cum pompas aspicerem, cum populi sese, in sese multitudinem suffocantem, cum clamydatorum,& purpuratorum cætus discernerẽ; cum crebrius repetitos tormentorum fragores audirem, cum stridulos, & sese inuicem commiscentes, & constrepentes ignes, cum concertantes,& iaculorum instar in altum euolantes, cum in aere crepitantes,& ebrios hinc inde scintillantes particeps gaudij viderem; quærere illicò inter gaudium,& stuporem licuit: vnde tantocyus lugubrem habitum Callar nostra mutasset? Sed nihil prætereà audire licuit, nisi Bernardum. Bernardum populus acclamat, Bernardum pueri prædicant, *b* Cantantibus organis Cecilia Bernardum suum modulatur; Bernardum Cymbala sonant, resonant Turres, delicatissima Bernardum harmonia cantat, Bernardum omnia responsant; Campos, mœnia, palatia, turres, templa, pulpita, plateas, forum; vnum melliflui Bernardi nomen inundat, & ad hanc vocem, tanquam ad Amphionis lyram exultare videntur. Quæ tantum vox (vlterius quæro) nobis instillat melos? Qui Bernardus? An Calari reuixit magnus ille,& magni nominis Bernardus? aut de Clara valle ad Calaris Vrbem, & clarum Castrum egressio eius; vt in huius occursum, & plausum Mediolanum quõdam imitata, prodeat nunc effusa Calar lætabunda, hospita, venerabunda? Perge (inquiunt) aut parum erras, aut nihil erras; hic ab illo, aut parum abest, aut nihil abest: Bernardus est, & sicut nomen eius, ita & laus eius: ab Hesperia ad Sardiniam egresio eius, Numantia *c* Iolem Cæsaraugusta Calarim, à Sede Regum, *d* ad Sedem Regum, ex Aragoniæ, emporio ad Sardiniæ emporium, ab Insula ad Insulam; Venit venit Cæsaraugustæ Leo ad Calaris *e* aquilam, Regius ad Regiam. O vis amoris in amantissima Calari affabre effi̇cta! Vsque adeò ignorasse me prorsus fateor, quantum posset res vehementer amata, cũ in ysum deuenit, & potestatem amantis; Vidi iam, & vnius Bernardi amantissimi sponsi præsentia Calaritanorum nobilium pulsari viscera, popularium cor dilatari, graues, & serenos existere matronarum risus, ado-

a *Turris Leonis ad Portas Calaris erecta.*

b *Templũ maximũ Calaris S.Ceciliæ dicatum.*

c *Calaris olim dicta Iole.*

d *Calaris sedes Regni Vidal in Annal.Sard.*

e *Calar depicta vt Aquila in antiquo numismate.*

adolescentium exultationes, puerorum festiuas gesticulationes; Vidi vt summariè loquar vniuersam Vrbis faciem, nouo quodam, & florentissimo colore perfundi: *tantam potest in nobili animo amantissimus Præsul generare lætitiam*! Beneuertant omnia Calari! Prospera sint tibi omnia, ò tanto hospite digna Calar! Verum siste modicum fidelissima, inuictissima, amantissima: Leonem cernis, & pandis mœnia? Leo rugit, quis non timebit? Ast tuta sint omnia Calari: pandantur portæ, auellantur postes, diuidantur muri, plateæ dilatentur, amplietur forum; Leo est, sed qui non circuit, vt deuoret, sed minat, vt pascat; Leo est, sed qui non ignes spirat, sed parat fauos: Currite melleus est, & fragrant mella *Nardo*; mellifluus est non quia Samsonis est, sed quia Bernardi. Currite Samsones Calaris, currite Hercules inuenietis fauos in ore Leonis; Cecilia sponsa eius quasi apis illi argumentosa deseruit de Hybla Calaris, de montibus floridis, *a* de floribus Martyrum, de Narcisis *b* Saturnini, *c* de Georgij Lilijs: hæc Lilia illi api huius ori; de Rosis, *d* Luciferi: hæ rosæ illi api, huius ori; Leo Hispanus est non Troianus equus: Hispana fides nô Græcas technas celat, sed lacteum, sed generosum animum: Bernardus est cui nihil, nisi lacteum, nisi latium, nisi dulce, nisi melleum ex ore decidit: Leo tandem est, sed in lactifluæ Capræ gremio; vt sciamus, quia *mel, & lac sub lingua eius*. O verè plausibile, & salutare donum! humanatur Calari Cæsaraugustanus Leo, mansuescit, dulcescit, lactescit, assimilatus Capræ super montes Herculeos! Quo progrederis Venerabile, & amabile portentum? Vbi sistis! Scio, quia in thalamo Sponsæ; Iterum gratulor, & tibi, & Calari; sed vbi tandem? vbi decuit tantum donum. Sistit (excipiat Lyceum nostrum tàm lætum nuncium) in Minerua Calaris, in hac Sapientiæ arce, quasi ad Columnas Herculis, vltra quas nihil nobilius Calari. *Non plus vltra*. Troianus equus dum Palladium donum religione fallaci creditus est, post acclamationes, post encomia, post panegyres in triumpho, in choris musicorum, sistere in Palladia arce iubetur.

a Calar fœcundissima martyrum parens.

b *Saturninus nobilis adolescens Martyr Calaritanus.*

c *Georgius Episcopus Suellen. Calaritanus virgo, & Sanctus ab vtero.*

d *S. Lucifer Archiep. Calarit. in cuius Sepulchro, & Stemmate inueniũtur rosæ.*

Ducendum ad sedes simulacrum, orandaque diuæ
Numina conclamant.

Aeneid. 2.

Sed Pelasga fide decepta religio cessit in luctum, quia Græca fides de more suo fallax Martialem equum rude animal Mineruale donum simulauit, occultos dolos, votum publicum. Facessat à nobis ista suspicio, ò Bernarde: te excepit Calar, si ea qua Troia equum pompa; non ea qua Troia equum sorte; Excepit Calar non quos Græcia misit Martiales equos; sed quem Hispania misit Numantiæ Leonem, sed quam Cæsaraugusta Regia genuit *Capram*, vt Sapientiæ victimam, ita donum. Vnà inter animalia Palladi in victimam Capra cessit (Plinio teste) fortunamque meruit, quia Palladiam Oliuam depauit. An non ergo decuit, qui Calari sistendus eras assimilatus Capræ, sisteres hodie Sapientiæ incruenta victima, *e* cui iam dudum Salmantica, vt Sapientissimus fores, frugiferam Palladis suæ Oliuam pascendam inflexit?

Plin. lib. 8.

e *Salmanticæ Illustriss. Præ-*

flexit? Cur non etiam Academiæ nostræ sisteres gratissimum donum cuius Palladia Oliua totam se tibi deuouet, & ad nutum tuum comas. Flectit, & prona incumbit? *a Ego sicut oliua fructifera* (ait Sapientia.) Et ecce cernis Sapientiæ Calarios filios tanquam *b* nouellas oliuarum in circuitu tuo; seruit nimirum Capræ tuæ cum fructibus arbor. Parum esset si tibi odoriferi Calaris montes solùm amœnassent; parum si de omni ligno comedisses, quod satum est in Paradiso nostro nobilissimarum arborum feracissimo; nisi etiam hanc vitæ arborem, & scientiæ stirpem, à superiori Castro assurgētem assimilatus Capræ conscendisses: tota ergo tuis vacat delitijs Calar, siuè quam Sancta est, siuè quam docta est: Seruit cum fructibus arbor. Hinc, vt castius loquamur nostra tibi potius Minerua in victimam, & donum cedit, quam tu illi: Capra olim in victimam Mineruæ cessit, cuius Palladiam oliuam depauit; Minerua vero Calaris Capreolæ tuæ in donum cedit, cuius irrigua lactis alimonia adolescentes suos tanquam nouellas oliuarum nutrire sperat, & vnde speret, habet, cum irrigum sit, & pluuiale Capræ signum.

sul studia coluit.

a *Psalm.* 51.

b *Psalm.* 117.

Nascitur Oleniæ signum pluuiale Capellæ.


Vidimus olim Leonem sapientiæ famulātem. Sic in *c* Pierio inuenies, aut eloquentiæ in noctua, aut Sapientiæ in Mercurij Caduceo Leones ceruicem submittentes; Hodie illius est ordinis expers ordo: Leoni tuo, imò & Capellæ Sapientia Calaris famulatur; dum illa tibi ad pedes generalem hanc Sardiniæ Academiam aduoluit. Ex quo intelligas quantum tibi officiosa vacat Calar, dū qua illa Leonibus imperat, Vltro tibi, & Leoni tuo obtemperat. Tota ergo tuo vacat imperio Calar, siuè quà Sācta est, siuè quà docta est: Seruit cū fructibus arbor. Prosit Bernarde Illustriss. & cum fortuna fruere præsenti luce, tantis acclamationibus, & exteris lætitiæ notationibus præuenta; Illos enim primos aduentus tui splendores, quales, quales, licet maximos, licet nulli vnquam quàm tibi amantissimo, & dignissimo Calari exhibitos; illos (inquam lætitiæ splendores, iucundissimi huius diei solùm crepuscula existimabis. Quare omnes, tum ego in primis Academiæ nostræ pro te Præsule, & Cancellario cum gaudio congratulamur, quæ cum Patronos habuerit, *d* Hilaros, Eusebios, Luciferos, tum etiā & *e* Ambrosius, desiderare solùm videbatur *Bernardos*, & hos habuit, dum te habuit. Tibi verò meritissimè Cancellarij quātus est, gratulationis nostræ, totus accedat cumulus, qui sponsæ tuæ annulo hanc etiam inserendum accipis pretiosissimam Calaris gemmam; qua sponsa tua Calar, si tibi quasi in dotem dare maius auet; sed nō dare maius habet; quia *melior est Sapientia cunctis preciosissimis*; *& melior fructus eius omni auro, & lapide pretioso, & genimina eius argento electo*. Speramus tamen, quod & cupimus, vt hic tibi anulus, hac gemma illustris, quia dos est Fœlicis Calaris, idest fœlicitantis, sit tandem Gygis anulus ad supræmum Vrbis, & Orbis fœlicitatem, ad æternam.

c *Pierius Val. lib.* 1.

d *Sancti Hilarus, Eusebius, & Luciferus Patroni Vniuersitatis Calaris.*

e *Dō Ambrosius Machin prædecessor.*

f *Prouerb.* 8.



CALARI,

Ex Typographia Doct. Antonij Galcerin.

Apud Bartholomæum Gobettum. 1642.

Superiorum permissu.

No fuè marauilla que su Illustrissima se hallasse como embaraçado entre tan repetidas glorias, y cõ retiro por su modestia à la representacion, que se viò en el fiel retrato de sus heroicas virtudes, que aunque en lexos, y sombras procurò exprimir, ò retratar la releuacion de sus felices partes. Y si à la vista dellas confessò sus cortedades el pinzel, y los colores quedaron desmentidos, auiendo sido solo vn borron, ò rasgo de las singulares, y raras prendas, de q̃ dotò el Cielo à su Illustrissima: el mismo assunto al passo que desengañò al mas osado pintor, y manifestò el impossible de poderse dibuxar perfectamente original, que con tan conocidas ventajas aun al entendimiento mas atento no permite copiarse en proporcionada idea, disculpò, y desahogò tambien de sus embarazosos cuidados à los que osadamente affectuosos haziẽdo esfuerzos en sus ingeniosos discursos cortaron la pluma, para con acierto delinear en breve mapa vn dibuxo de tantos esplendores, à cuyos visos quedaron cõ solo el arrebol de la verguença los colores. Y aunque el ardor de la voluntad desta muy Illustre, y magnifica Ciudad de Caller, solicitò cõ todas sus comunidades Ecclesiasticas, y Seculares; ostentaciones de finezas hijas de su generoso valor y affecto, y apresurò diligencias en sus aplausos, y alborozos: no pudiendo à satisfacion de si misma lograr sus estimaciones en executiuos empleos; quedò por lo menos alentada con la disculpa que hallò en la excelencia, y grandeza del assunto, y en la angustia del tiempo, que fuè tan limitado; quando para el desempeño de tan arduas empresas, necessitaba de anticipadas preuenciones de muchos años, para poder tocar en la cima superior de su eminencia.

Mas jugando el pinzel con valentia, aun en los que parecian descuidos se conocieron en su Illustrissima atenciones disimuladas, y desuelos ocultos con particular prouidencia: pues apenas empuñò el baculo pastoral, que fuè el primer

tiento,

tiento,que tomò en ſu obrador dichoſo ; para perficionar las pinturas de ſus ſubditos , aquienes habia de comunicar alma con la correcion de vicios; quando con aduertencia prodigioſa ſalierõ à luz ſus luzes, y en ſu prudente diſpoſicion las ſupo vnir con las ſombras tan marauilloſamente,q̃ ni eſtas ofendieron por notadas y licencioſas , ni aquellas deſalumbraron por exceſsiuas y ſeueras ; antes bien obrãdo milagros con las atenciones de ſu acertado gouierno , và executando cada dia prodigios nueuos; oiendoſe en vez de quexas , admiraciones de todos , què con rendimiento le veneran; pero con deſconſuelo de no poder à vozes dar aclamaciones al cielo en hazimiento de gracias , eſcuſandoſe à la publicidad , porque no parezcan tan debidas demõſtraciones enfermizas de hiperboles,y achacoſas de liſõjas , que tanto ſu Illuſtriſsima aborreze .

Hauiendo en effeto tomado el palio, y la inſignia Arçobiſpal, con entereza piadoſa , y eſpiritu Angelico diò à todos general pauta, ò regla : paraque gouernandoſe por ella aſsiguraſſen el acierto de ſus acciones . Y poniẽdo en mejor forma ſu Arçobiſpado , tomò por primero aſſunto de ſu cuidado el feruoroſo zelo del culto diuino, preuiniendo el aliño , y ornato de los templos, eſmerandoſe en el eſplendor y curioſidad de los altares , y de todo lo que ſirue à eſte ſacroſanto, y ſoberano miniſterio : dando tambien exemplo ſu Illuſtriſsima en la obſeruancia de los officios , aſsiſtencia en el coro , à que de ordinario ſin perdonar fatiga ni trabaxo con indecible modeſtia , y piedad incanſable , aſiſte los mas dias , ſiendo ſiempre de los primeros en acudir à tan ſoberana eſcuela , paraquecon ſu enſeñanza queden doctamente maeſtros ſus diſcipulos , mereciendo el ſuperior grado de perfecion . Y todos en vnion conforme pidan al cielo conſeruacion de ſu feliz eſtado , dandole à ſu Illuſtriſsima feliciſsimos años de vida , paraque oiga en repetidos coros , lo que ſe dixo por el Eccleſiaſtico cap. 50.

de

de Simon hijo de Onias, alterando ſolo el nombre de Simon en Bernardo, en que ſe vienen à reſumir, y zifrar todas ſus alabanzas, ciñendoſe con põderacion en tan breues lineas.

BERNARDVS Sacerdos magnus in vita ſua ſuffulcit domum, & in diebus ſuis corroborat templum, &c. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet, quaſi Sol refulgens, ſic effulget in templo Dei, quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarum in diebus vernis, quaſi vas auri ornatum omni lapide pretioſo, quaſi oliua pululans, & cypreſſus in altitudine ſe extollens, gloriam dat ſanctitatis amictum effundens in fundamento altaris odorem diuinum excelſo Principi.

FINIS.

